ETRUS GODOFRED. [illegible]

de par[illegible] [illegible]

PET. GODOFREDI CARCASON. IVRISCONSVLTI, PROCVRATORIS Regij in fide, Annotamenta in tractatus primi libri Iustiniani Codicis,

De Hæreticis,
Ne S. Baptisma iteretur,
De Apostatis,
Nemini licere signum &c.



PARISIIS.
Apud Matthæum Dauîdem
Typographum.
1555.

VISVM EST OPVS,
ET PROBATVM SOR-
BONENSIBVS DOCTO-
RIBVS: DONATVSQVE
AVCTOR PRIVILE-
GIO REGIO AD
QVINQVEN-
NIVM.

P. GODOFREDVS CARCASONENSIS, catholicæ veritatis aſſertoribus & defenſoribus, hæreſumque oppreſſoribus iuſtiſsimis S.

SVPERIORIBVS annis, cùm recens editum eſſet, Hẽrici Valeſij Regis noſtri, veſtríque ordinis (ô viri principes) longè inſignis herois ampliſsimum in hæreticos edictum, viſum fuit oportunũ edere, quæ ipſi in titulum & leges de hæreticis Iuſtiniani Codicis adnotaueramus. Propterea eadẽ, tum per Lutetiam iter à Regia facientes typographo tradidimus: qui quidẽ

haud multò pòst obiit. Vnde illa nondũ excussa, quum denuo nunc Lutetiam peruenimus, in manus nostras rediẽrũt. Cæterùm alij typographo daturi eadem dum relegimus, incesit cupido ipsa iterum describendi, quò longè multa cõmodè mutaremus, tũ adderemus, tum demeremus: at ea mox refrixit & repressa est, imprimis considératione noui laboris in iis insumendi, nunc certè nobis imposibilis tum valetudine oculorũ (qua itineris nuper acti incommoditate non parum angimur ac periclitamur) tum aliorum negotiorũ necessariò, quamprimum benè valuerimus, obeundorũ magnitudine: deinde etiam quòd ea ipsa, grauissima Sorbonicorum Theologorum censura, nulla ex parte impia,

ac minimè indigna, imò verò perutilia iudicata ſunt. Addidimus autem his quædam, vt ſitu, ita & materia præcipuè coniuncta, quæ parata habebamus: & ipſa oſtenſa, nec improbata præcipuis aliquot Sorboniis Doctoribus. Quæ & ſemper nobis vtique tantùm rata fuerunt, ſi ab eccleſia non diſſentirent: vt & cętera noſtra rata eſſe volumus, ſi catholico ſenſui conſonent, vt intentione noſtra omnino conſonant, & planè conſentiunt. Ea verò vobis nuncupamus viris omni honore dignis: cætera haud dubiè emiſſuri quamprimum commodè licebit. Etenim nos nil moramur ſemel abſoluta edere, quę iam prodeſſe poſſunt, & vel ipſi poſtea, ſi vnquam vacet, emendatioria daturi ſumus. Neclaboramus

impenſiùs, vt nihil reprehenſibile ſit in noſtris ſcriptis. quod etiamnum permulti faciunt in ſuis, malentes diu ac multum anxiè polita dare, quàm vtilia multa. quos eo quidem omnino laudamus, quòd egregia quadam opera rem literariam iuuent, nõ quòd aliquid irreprӕhenſibile pœnitus prꝗſtare poſſint, & digna cœlo volumina ſe efficere credant, perpetuitatémve ex iis, quemadmodum ethnici, optent, & de terrena vita & fama æſtiment. Itaque nomen ſuum æternùm manſurum, libris illis ſuis inſcriptum, mirè geſtiant. ſiquidem & ipſe (vt mittam alios pleroſque omnes, etiam ſummos in omni genere ſcriptores: quorum neminem non alicubi cæſpitaſſe conſtat) M. Tullius, quem præ cæ-

teris admirantur & æmulãtur eius genij homines, ſæpè lapſus memoria, falſò pleraque ſcripſit, ac ſolœciſmos admiſit, quos priſci grammatici notauerũt. Adhæc præclarè admonet Apoſtolus mundũ tranſire, & concupiſcentiam eius: qui autem fecerit voluntatẽ Dei, manere in ęternum. nec vult Chriſtus nos gaudere quòd nomina noſtra ſcripta ſint in libris, ſed quòd ea ſcripta ſint in cœlis. denique non minus ſcitè quàm piè illud oratur, vt ſic tranſeamus per bona temporalia, ne amittamus ęterna. Habete igitur & iã vos, hæc qualiacunque modò non inutilia, vobis deditiſſima ſcripta (optimi vindices) & æternùm valete, cùm veſtri & religionis amantibus omnibus. Lutetiæ 8. Idus Decemb. Anno veritatis de terra ortæ. 1554.

PETRI GODOFREDI

CARCASONENSIS IVreconsulti procuratoris Regij in fide, notamenta in tractatum de hæreticis & aliquot alios proximè sequentes Iustiniani Codicis.

Codicis Domini Iustiniani sacratissimi Principis ex repetita prælectione libri. I. Titulus quintus.

De hæreticis & Manichæis & Samaritis.

PLVRIMA Tertullianus presbiter Eusebius, Epiphanius, Philaster, Irenæus, Augustinus, Io. Damascenus, & alij de hæreticis & hæresibus literis mandauerunt. Philaster centum viginti octo hæreses arbitratus est computandas. Qui tamen quasi nesciens quid hæresis esset, ut cæteri plerique, quædã hæreses esse dixit,

Scriptores de hæreticis & hæresibus.

128. Hæreses Philastro.

quæ hæreses non sunt: vt habere annos creationis mundi incertos: qui & incerti videntur, vt docet Alphonsus Castrensis in omnes hæreses. lib. 2. vnde & illa lata hac in re disputatio apud Ioan. Driedonem in opere de script. sac. & dogmat. eccles. & profectò ferè tot inuenies de annis mūdi opiniones quot sunt scriptores: licet nemo pauciores quàm Hebræi ponāt annos. Quibus equidem plus credendum videretur, si non etiam inter illos non conueniret de calculandi ratione, vt ostendit Sebast. Munsterus in Hebraico calendario: & de hoc alibi latiùs.

Anni creationis mūdi incerti.

Porrò ipse Augustinus tempore licet Philastro posterior, & Augustino Damascenus, adhuc longè minores numero notauerūt hæreses, declararúntque vnam aliquando hæresim pluribus nominibus nuncupari. quod & Castrensis sentit, & denotat lex, quicunque. inf. hoc tit. & c. sancta. §. hæc et. dis. 15. vt sæpe contingit in similibus, iuxta. c. prouinciæ. 99. dist. Idem verò Aug. illo lib. quē de hæresibus ad Quoduultdeum scripsit, quædam apud autorē vnū se inuenisse profitetur, quæ apud alium nō inuenit, putans plures adhuc esse hæreses, quàm etiam ipse scire potuerit:

Pauciores hæreses Augustin. & Damasc.

Vna hæresis plurifariam appellata.

esséque multas hæreses, quarum autorum nomina ignorantur, testantur Gelasius & Isidorus in c. sancta. 15. dist. & c. quidam. 24. q. 3. & Francis. Picus in vita Ioan. Pici patrui, scribit eum ducentas hæreses inuenisse: quas sigillatim non modo eliminare & profligare proposuerat, sed et pariter docere qua ex parte Philosophiæ non ritè perceptæ suos errores traxissent aut furcillassent quæ probè fecissent haud dubiè, vt multa alia ecclesiæ longè vtilissima, vir omnibus studioso conducentibus maximè omnium præditus. quòd si studiosorum semper præmaturus est obitus, vt qui vtiliter incœptum semper abrumpat, vt scribit Plinius Cæcilius, quanto deplorandus etiamnũ videtur omnibus tanti Herois tam citus recessus? nisi quòd magis viuere credatur, & nihilominus det quotidie Deus ecclesiæ suæ viros bellatores, qui hostes eius proterunt, nec deficiunt, vt & sacra cũ experientia testantur. Sed quæsieris quid est hæreticus? & in primis vt ait Augustinus non omnis error hæresis est. & certè quid faciat hæreticum regulari difinitione comprehendi aut omnino non potest, aut difficilimè potest. animaduertendumque non teme-

Plures hæreses, earũque autorũ nomina ignota.

200. Hæreses Io. Pico.

Laus & deploratio Io. Pici.

Difficilis definitio hæretici.

Nō temerè quiſquā dicendus hæreticus. rè quenquam vocādum hæreticum, vt idem dicit de apoſt.ſermo.12. & licet catholici hæreticos poſsint eo nomine appellare, ab eo tamen nomine, in dubiis ſcilicet, abſtinendum eſſe conuenit, vt habet Alphonſ.caſtren.etiā dicens, Cū nomē̄ hæreſeos graue ſit & inuiſum Chriſtianis auribus, turpe eſt id temerè cuiquam impingere. proinde quoq;. DD. Auguſtinus & Hieronymus, ſed & Ruffinus, ac poſt hos magnus ille Picus, & Eraſmus ex profeſſo cenſent, nemini in eo crimine diſſimulandum, & eam iniuriam acriter repellendam, nec debere quenquam in eius ſuſpicione eſſe patientem: glorioſum equidem eſſe Chriſti exemplo patiēter iniurias tolerare: at vnam notam hæreſeos qui ferat vel diſſimulet, non eſſe Chriſtianum: eam hæreſeos inſimulationem eſſe, in qua tolerantem eſſe impietas ſit, non virtus. Iuxta quod & tradidit Gerſonenſis Theologus, infamatum de hæreſi, teneri purgare ſe coram iudice legitimo, etiā nemine accuſante: teneri enim ſeruare famā propriam & ab aliis ſcandala præſtita remouere: facitque c. de crimine.15.q.1. ſunt tamen multi (vti ſcripſit caſtren.) nihil magis habentes in promptu quàm hæreſis no-

tam, quam pro libito obiiciant, non expendẽtes de qua re aut de quo loquuntur. id quod nonnulli faciunt vt ipsi piissimi videantur, præsertim qui eius farinæ sunt, & timent ne suspecti habeantur, vt & ipsi aliquando experti sumus. Vnde dixit Laurentius vtinensis quadrages. ser. 28. eum qui taxat aliquod vitium superstitiose, habendũ esse in eo suspectũ. & similiter traditur à nostris, instrumentũ ob id præsumi simulatũ, quòd in eo expressũ sit, quicquã dari nulla fraude interueniente, iuxta gloss. In l. si quis sub conditione. ff. de cond. inst. & latè feli. in c. si cautio. de fi. inst. & breuiter Ioan. Arn. cautel. 66. proptereáque, inquit præclarè M. Fabius senior declam. 315. colite homines innocẽtiã, & nullam spem impunitatis ex secreto scelerum concipiatis, licet nulli hominum prospexerint oculi, licet nulla cuiusquam mortalium conscientia interueniat, sub cœlo tamẽ fecistis, & ille fusus per omnes rerũ naturæ partes spiritus adfuit, erat. erat illic potentior testis, qui non apud iudicem quidem dicet, nec oratorum interrogabitur artibus, sed loquetur ore vestro. Atq; huc pertinet quod dicemus, inf. ad l. quicunque. verum quoque dictum in

Cur quidã temerè alios dicant hæreticos.

Calumnia hæresis lõgè notabilis. *C I. de hær. graue esse & dignißimum damnatione, malitiose insontibus hæreticam imponere prauitatem. & notatum à clanasio in sum. verb. inquisitor. §. 5. Inquisitores citantes aliquos tanquam hæreticos, cùm non sint, excommunicatos esse ipso facto. In eóque est textus amplior. In. §. penul. d. clem. quæ certè speculum quoddam est totius officij inquisitoris. Est autem hæreticus qui semel Christo dedicatus, id est baptizatus & christianus factus, errat in fide, dogma falsum, fidei christianæ, sacris literis, vniuersali ecclesiæ traditioni repugnans, tacitus vel dogmatizans affirmat, seu etiam in his dubitat, vt habet insigne exemplum Hildebrandi papæ: quem quidem Beno Cardinalis scribit Infidelem fuisse, vt qui ieiunium Cardinalibus indixerit, vt oraret & sciretur, an Beregarius vel ecclesia Romana de corpore Domini rectius sentiret, & qui signum de ea re quæsiuit, quod petente b. Gregorio ad firmandam mulieris fidem factum est, quando panis Christi, formam accepit digiti. Item ad hæc Archidiaconus in canonem non oportet 24. q. 1. cap. 1. de Hære. & ibi Doc. Grillandus lib. 1. de Hæretic. q. 2. Ioan. Lupus in allegat. hæ-*

Speculum inquisitorum.

Definitio hæretici.

Dubitatio Hildebrandi hæretica.

res.§.5.c.Rogamus & c.si pet.c.alienus. 24. q.1. & hæc Hæreticum discernunt à schismatico : qualis est separatus ab ecclesia, etsi non errans vel dubitãs malè. Verũ est schisma ad maius malum, hunc scilicet errorem dispositio, sicut & hæresis ad schisma, vt traditum est à Tertulliano, & Augustino, & Alph.Castrensi, ac Polydoro de Inuento.rerũ lib.8.cap.4. De quo & c.quia.c.quoniam.c. quicunque.c.pudenda & seq.24.41.c. inter Hæresim & ibi glos 24.q.3. & tit.de schisma & ibi Doc.Gõdesaluus in opere hæreseos q.3. & Paul. Gillandus prædicto loco. Insuper hic error particularis esse debet. Quoniam si quis totam fidem abiiciat, iam non hæreticus, sed apostata videtur dicendus, vt Iulianus Imperator, de quo 11.q.3.cc.Iulianus & apud Ammia.Marcellinum lib.15. & 21. & tripertitæ historiæ lib.5. & 6. & apud b.Basilium, & in vita ipsius per Bernhar. Guidonem episc.Lodonen.conscripta, & alibi sæpè. quanquam ea traditio videtur confundi iure canonico, & dici hæreticum, apostatam hominem ritum christianum susceptum omnino deserentem c.contra. de Hær.In.6. reliquias autem erronei ritus retinentem aposta-

Differentia hæretici & schismatici.

Differẽtia hæretici & apostatæ.

tam.c.quidam. de Apost. & id non absurdè vel ex ipso vocum etymo, vel quia & hic reliquias pristini ritus retinens exuere omnem religionem videtur:cùm non sit conuentio Christo cum Belial:& si quis circuncidatur nihil profit illi Christus, vt ait b.Paul.2. ad Corin.cap.6.& ad Gala.5. Sícque delinquens in vno fiat omnium reus vt habet b. Iacob.cap.2.de quo item dicemus Tit. de apostа. Quod verò consummatum hæreticum facit, pertinacia est his adiũcta. Et pertinax est qui adeò pertinaciter hæret sententiæ propriæ, etiam in iis quæ definita non sunt, vt ecclesiæ quantumlibet monenti paratus sit resistere: quíque in expreßis & definitis repugnat, & contradicit, etiam si dicat paratum se corrigi per ecclesiam vel concilium, hæreticus censendus est. Eo ipso enim quòd ecclesiæ definitioni cognitæ contradicit, pertinax est. Hæc ex sententia Alphonsi Cast. li.1.& Guliel.Okan in suo dialogo. vbi & parte prima lib.4.cap.22. pertinacem hæreticum esse dicit, qui cogit aliquem pertinaciter defendere hæresim: & qui cogit iurare aliquem, quòd hæresim pertinaciter defendet. Quod & magis videtur, sicut similiter

Pertinacia quid facit.

Pertinax quis.

Pertinax hæreticus est quis pluribus modis.

habetur l. De acceßionibus. De diuerſ. & temp.præſc. Et ad hæc c. dixit. &,c. qui in ecclesia & c.qui aliorũ.Et ibi gloß.23.q.cã. 3.Bal.Paulus Caſ.& Iaſ. in rub.de ſum.tri. ſup.& Lupus in prædicta alleg.§..3. & ſeq. Fœli.ad rub. de hære. Franciſ. Syllacenſis in tractatu de fide catholica cap. 25. Præterea generaliter in quibus notabiliter poteſt eſſe ſuſpicio hæreſis, ea præſumitur, vt in ſimonia c.presbiter.c.benedictio, & ſeq.1.q.1.ca. 5.de ſimo.Tho. Illyricus in inuectiua contra malos Chriſtianos. Et in ſimilibus, quorum meminit Vitalinus in opere maleſ.tit. de crimine hæreſeos, & gloß. in c.3. de hære. & gloß. in c.Inter hæreſim 24. q.3. & Ioan. Faber in hũc ipſum titulum explicant Gondiſſal.q.1. & Alphonſ.lib.1.cap.1. quod pro variis locorum & vel temporũ humanis affectibus eſt variãdum.Nã olim quidẽ,cũ cõmuniori & vehemẽtiori affectu Chriſtiani ſacra reuererẽtur, ſi quis ea pecunia tractare intelligeretur, ſtatim non tantũ flagitiũ auſus omnino putabatur,niſi etiam id ſibi licere quodãmodo arbitraretur.Nunc verò dudũ,quoniam veluti deſpicatui haberi cœpta ſunt ſacra,cùm ex iis maximè ac veluti vnicè re-

Hæreſis in multis præſumitur,& quid in ſimonia.

ditus curetur, ab iis etiam ferè omnibus, qui illis præsides destinantur, & nemo iam illis nisi conductitius & licitator maximus deser uiat, non adeò simonia, sed quiduis aliud ma gis hæresis suspicionē subire videtur. Sed & variè aliâs hæresis præsumi dicitur, vt in schismate, c. aduocauit. 34. q. 1. Itē in eo qui moriēs cōsolationis causa hæreticos ad se vocauit ca. 3. de hær. In 6. Item in eo qui alios, cùm potest, ab hæresi non reuocat cap. 2. de hære. Item in vehementi blasphemia, vt docent Fran. Scyllacen. præd. trac. cap. 16. Ponzinibius tracta. de lamiis col. antenp. noster à Crassalio lib. 1. regaliorum iur. 3. cataldi. tracta. synd. nu. 153. Ias. in §. Item si quis nu. 60. de Actio. inst. & qui additamenta fecit ad prædictum Vitalini opus malefi. tit. de blasph. & nos alibi latius. Item in contractu matrimonij, qui fit publicè ab eo, qui cùm semel professus esset religionem, reliquit monasterium Pan. in c. de homine de cæleb. miss. Marsilius in tit. ad leg. cor. de fals. ff. Nicol. Bertrandus in repet. cap. vt inquisitionis. In præfa. de hære. In 6. & adhuc Pan. in c. cùm quidam. De iureiu. id quod traditur & de presbytero ac cæteris in sacris existētibus cle-

Præsumitur hæresis in schismate.

In eo qui consolari vult ab hæretico.

In eo q nō corrigit hæreticos.

In vehementi blasphemia.

In initiato religioni vel sacris vel matrimonio publicè item vxorari volente.

ricus, vt per Ioan. Lupum. in rub. de donat. inter vi. & vxo. & Diaziū in praxi criminali fori canonici cap. 74. Item in contractu matrimonij qui fit ab eo qui iam aliam habet vxorem seu sponsam verbis quidem præsentibus sibi factam Franc. ad princ. c. accusatus. Geminia inibi ad § sanè. De hæret. in 6. Villadiegus q. 9. Rebuff. in concord. titu. de publi. concubin. fi. §. Item in fœneratore nimium impudenti. Areleta in suo tracta. hæres. not. 5. Scyllacen. cap. 15. Et horum argumento & similitudine cùm in aliis multis casibus, tum in comedente prohibita idem vsitatum est. In quo etiam facit singulariter Florens Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem hæreticum de Adamo ita scribens: quis dubitauit ipsum illud Adæ delictū hæresim pronuntiare, quod per electionē suā potius, quàm diuinæ sententiæ admisit? nisi quòd Adam nunquam figulo suo dixit: non prudenter definxisti me: confessus est seductionem: non occultauit seductricem: rudis adhuc hæreticus fuit, non obaudiit, non blasphemauit, nec reprehēdit autorem quem à principio sui optimum inuenerat, & ipse sibi forte iudicem fecerat à primordio. Licet & referens crimen

In impudē ti fœneratore.

In comedē te ꝓhibita

In annali excõmunicato.

In vocato fidei causa nec comparenti.

In eo qui renuit abiurare hæresim.

In eo qui mortis timore negat fidei aliquid vel aliàs agit in fidem.

In eo qui de hæresi conuincitur falsis testibus, qui veri putantur.

In eo qui vocatus ob fidẽ nõ potest cõparere, & posse putatur.

in mulierem, & mulier in serpentem vel in criminis attenuationem appellauerint hunc; denique vel Deum etiam ipsum quodammodo: etsi quoque eos pœnituisse constat, vt & docetur in c. serpens. de pœni. dis. 1. Huiusmodi sunt etiam quæ retulit Ioan. Charlerius Gerson. in lib. de auferibilitate, & nos etiam confirmabimus. Vt cùm aliquis sustinet excommunicationẽ vltra annum. Item çùm citatur super materia fidei, nec respondet. De quibus dicemus in auth. gazaros inf. eo. Deinceps etiã cùm renuit facere abiurationem, in quo c. excommunicamus. 1. §. adiicimus & ibi Pan. & fœli. de hære. Quartò vel timore mortis negans fidei aliquid. Quintò exercens actum hæresis, nempe iuxta c. nũc autem & & ibi Præpos. col. 3. & 3. not. 21. dis. & Marsil. in l. ex S C. ad fi. de sicc. ff. quanquam eiusmodi quicquam absoluta coactione admissum non inicit notam alicuius reatus, cap. 3 §. propter. in fi. de baptis. Sextò notatus suspicione leui. de quo l. 2. inf. eo. Septimò conuictus falsis testibus. 8. vocatus à iudice si non ire potuit, vt hæreticus etiam damnabitur, etsi sit papa à concilio generali poterit deponi, inquit ille præd. loco, consid. 18. hæc

quidē duo ultima ad prædicta pertinent, & possunt vera & iusta videri, cùm & ecclesiastica iudicia non fiant de occultis, sed apparentibus quidem factis. Vnde nōnunquam ipsa quidem innoxia falli cōtingit Fran. Scyl lacen. cap. 27. c. in actionem. de pœni. dis. 1. c. à nobis 2. de sen. exco. c. 1. de crimi. fals. ideóque putandum est cognita veritate taliter damnatos restitui. In quo notata per Paul. Cas. & Franc. Curtium in l. 2. §. quòd si actor. In gloss. verbo, pro confesso, ibi, tu dic. secundum Ioan. quòd sic, de iureiu. propter calum. dan. inf. & per Thomam Doccium in consilio, quod incipit: Omnipotētis dei & c. In præsenti causa. Positum cum altero consilio Mariani Socini post tracta. Anto. Canari de excusatore, & Bartol. consil. 107. & quod Bartolo. Brixiensis quæstionum venerabiliū 80. & nos similiter in inscriptionem secundæ constitutionis procemialis codicis verbo, triumphator, sup. & item pulchrè Bald. cōs. quadringētesimooctauo. facitque Marsil. not. 473. & Angel. in l. cùm ab. de requir. re. inf. Verùm præsumptione quoque pertinax omnino hæreticus est, quem talem deprehensum statim non pœnitet, & qui in hæresim la-

Damnati ut hæretici ex causa restituuntur.

Plurifariã præsumitur pertinax hæreticus.

psus videtur, etiam aliam quàm de qua accusatus erat c. ad abolendam. & cc. excommunicamus. De hære. & c. 3. c. superiori & c. accusatus. eo tit. in 6. in quo aduertēdum est, quod Apostolus inquit ad Titum ca. vlt. vel post vnam & secundam correptionem hæreticum deuitandum: quia subuersus est qui eiusmodi est: & delinquit cùm sit proprio iudicio condemnatus. Et idem apud Augustinum relatum à Gratiano in c. dixit 24. q. 3. quod facilè coniicere licet, accipiendum esse, vt post vnam, vel etiam, si quando fortè videatur & ad summum duas correptiones pro pertinaci talis sit iudicandus & morti tradendus, hoc est iudicio mortis relinquendus, vt b. Thomas ad ipsum Apostolum dicit. Idque ex b. Ambrosio in c. quæ dignior. 24. q. 1. vbi dictum Apostoli ita citat. hæreticum hominem post vnam correptionem deuita. Et ita quoque ad verbum b. Irenæus lib. aduersus hæreses 3. cap. 3. & b. Cyprianus aduersus Iudæos lib. 3. cap. 78. Sed certè germanus Apostoli sensus primùm videtur & traditus ibidem, & à Tertuliano lib. de præscriptionibus hæreticorum, monendos esse quidem hæreticos, vt resipiscant, semel vel bis:

Animaduersio in locū Apostoli ad Tit. vlt.

quòd si postquam id factum fuerit non conuertantur, amodo eorum consortium & colloquium omnino vitandum, ne videamur communicare operibus eorum malignis, & ne quam labem perfidiæ poßint aspergere, d. c. quæ dignior. & c. omnis qui recedit. & si. 24. q. 1. iuxta id maximè quod præceperat Christus Matth. 18. de fraterna correptione. De qua & in c. si pecc. 2. q. 1. in quo & certè animaduertendum, b. Paulum breuius loqui ad Titum, quem scilicet antè instruxerat & ecclesiæ cretensi præfecerat episcopum, quando ait, post vnam & secundam correptionem deuitandum hæreticum, intelligens vtique per hoc tertium, quod Christus exprimit, ecclesiæ post hæc denuntiatũ (cùm ipse ecclesiæ inquam esset præfectus) & ita iam ecclesiæ resistentem & traditum sathanæ & anathema existentem, secundum quod idem ait 1. ad Timoth. 1. & ad Galat. 1. & 1. ad Corint. 16. hoc est excommunicatum, veluti ethnicum & publicanum habendum. quem pariter habendum ab alio semel ecclesiæ denuntiatum, vel ecclesiasticorum præfectorum negligentia, vel ipsius contumacia incorrectum persistentem docuerat Christus.

Porrò b. Paulus ita quidem non aliâs iudicandum eiusmodi hominem & seculari iudicio tradendum dicit, cùm destituta facultate agendi quæ conuenirent, & auxilio seculari (sicut princeps eius Christus antea in mundo non habens vbi caput reclinaret) initio ecclesia, inter se quidem quodammodo, non de iis quæ foris essent vllo modo iudicaret (quod idem docet 1. ad Corint. 5. & 6.) donec Constantinus magnus orbis princeps fidem Christianam planè professus permisit ecclesiã iure suo agere, & fauit illi. cap. 2. dis. 15. Vnde tandem illos iudicari planè decretum est, quemadmodum est notatum, & dicemus latiùs ad l. manicheos. Inf. eo. porrò quales sint manichæi videre licet apud Gratianum ex Isidoro in c. quidam. 24. q. 3. & quales plerique quorum mentionem post orthodoxos & receptos ab ecclesia scriptores facit canon, sancta 15. dis. & quædam leges inf. hoc tit. De Samaritis autem, qui & samarei, & Samaritani dicũtur, fit mentio & in ll. antep. & penul. inf. eo. at non omnino qui sint exponitur. Et potest quidem videri taliter vocatos Donatistas, qui vel ex Isidoro notißimi sunt, & habentur inf. eo. ll. 4. & 5. idque

Qui sint Manichæi.

Qui sint Samaritæ.

Qui sint Donatistæ.

5. idq; ex D. Augustino in lib. aduersus Fulgentium Donatistam cap. 2. ita dicente: iam Donatistas in Samaritanis incipe speculari. Samaritanorum dogma regnorum libro docente (nempe 4. reg. 17.) tale fuit: Deum timebant, & simul figmenta colebant. Hoc & vos facitis: Deum metuitis, & figmentum luteum Donatū, pariter colitis, & cæt. Vnde autem Samaritani dicti sint tradit Theophilactus in Euan. Ioan. cap. 4. Sed & videtur ex eodem satis Samaritanos hosce dici posse hæreticos veteris legis: quia tum primum barbari olim, qui Samariam incolebāt, non omnes libros legis receperunt, sed quinque tantum Mosis, Genesim, Exodū, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomiū: neque perfectè ab impietate discesserunt: & posterioribus quidem temporibus abstinuerunt ab idolorū cultu, Deúmque coluerunt. Quare & hi hæretici taléſque non ineptè dici potuerunt, & inter hæreticos numerari: quemadmodum & de Paganis dicemus inf. eo. l. cognouimus. Itaque b. Ioan. Damascenus, istos Samaritanos inter hæreticos commeminit lib. de hæresibus eorum hæresim inquiens, à Iudæis antè ortum habuisse, quàm hæreses apud græcos natæ es-

sent, & cæt. De hisque memoriam agit. Origenes super numerum homil. 25. & in Matt. homil. 22. & Procopius de ædificiis Iustiniani lib. 5. ubi meminit & colloquij Christi (de quo præd. cap. 4. Ioan.) cum Samaritana muliere, singulariter explicans quod Christus prædixerat, futurum tempus in quo samaritæ non erant adoraturi in monte, quem inhabitabãt, qui Garisis dicitur, sed veros adoratores. Cùm enim tempore Zenonis imperatoris Samaritæ collecta multitudine in urbem proximã Neapolim Palestinæ insiliissent, & Christianos habitatores & templa & ministros crudeliter ac nequiter vastassent, Zenon in illos dignam ultionem suppliciaque exercuit: atq; ex monte Garisi Samaritanos sine mora expulit, ac confestim Christianis habitandum dedit. Eósque tandem Iustinianus maxima ex parte Christianos fecit. Sícque adorarunt ibi, secundum quod dictum est, veri adoratores Deum, scilicet patrem in spiritu & veritate, hoc est in spiritu sancto, & Christo ipso, qui est veritas, ut ipsemet testatur: ita trinitatem personarum & unitatem substãtiæ Dei unius optimi maximi confitentes. In quo & inter alios

Declaratio loci Io. ex Procopio.

conuenit magnus Cyrillus in ſuo theſauro. ac de his Samaritanis integra eſt Iuſtiniani nouella 144. Cæterum nota hîc cum gloſſ. dictionem, &, poni etiam inter genus & ſpeciem. Quod & ſimilibus pleriſque rubricis vtriuſque iuris frequentiſſimum eſt, & eſt tex. in l. fi. ibi capitali & vltimo, & ibi notat caſtren. de iis qui ad eccleſ. confug. inf. & de hac dictione & ſimilibus multa colligit Franciſ. Pauinus tracta. De off. & poteſt ca. ſed. vacan. prælud. 3.

Dictionis Et, natura.

LEX PRIMA.

PRiuilegia.) *Huc & vide l. 7. inf. eo. & Accurſium Salicetum, Fabrum. Et inde nota, qui eſt puniendus, non debere habere præmium. Quod nimiũ conuenit iudicio humano. quo videmus iuſtitiæ canonem ſeruari debere. Qui eſt, vt puniendus puniatur: tantum abeſt vt præmio merenti tantum debito donetur: vt & is corrigatur, & cæteri à ſimili malo deterreantur. quandoquidem omnis pœna nõ tam ad dictũ pertinet, quàm ad exemplum vt ait Quintilianus ſenior decla. 274. & latiùs dicemus in l. manich. inf. eo. Faciúntque notata à*

Puniẽdus, præmio carere debet.

nobis in.3.cõstitutio.proœmia.§. supradictis. ad fi.sup.cum si.2.inde nota priuilegium dici præmium: & ideo malè meritos priuilegio indignos esse, quod Baldus notat in l. testamenta.De testa.milit.ff. quales intelligas & qui illis communicant,quos tanquam omnia, hoc est voluntatem Dei(qua omnia constãt) deserentes & peruersæ voluntatis electioni adhærentes,ab omnibus deseri oportet.Itaque mutuum dans hæretico ob refectionem domus,non gaudet priuilegio ob eiusmodi aliâs concesso,de quo in l.creditor.1.de reb. cred.ff. & ibi hoc tradit Iason. Facítq; auth. sequẽs, & magis ac omnino l. Arriani inf. eo. cum c.sicut.eo.ti.in decretalib.necnon quod diximus in 1.not.cum sim.3. videtur hinc notari posse causam esse, quæ cùm existat,inducat aliud quod aiunt causatum:ídque vt sit necesse esse causam esse,vt in vniuersum tradit & Bartol.in l.vbicunque.col.1.de interrog. actio.ff.& de priuilegiis legum docet maximè hic tex. cum sequenti auth. & magis eo in loco vnde est sumpta qui est in Nouella 109. vt iis tantum intelligantur concessa, qui tales sunt , quales communiter ij quibus leges sunt datæ, his nempe subditi & parẽ-

Priuilegiũ dicitur præmium.

Nõ est priuilegiũ cuinscunque mutui dati hæretico.

Causæ & causati cõiunctio.

tes & in ea religione versantes, quæ est summa & caput omnium legum, & reipublicæ firmamentum. Et similiter de similibus priuilegiis not. in c. quod verò. 33. q. 2. & à Bal. in cons. 379. ad fi. facítque in proœm. suo. ff. & ad idem optimè in auth. seruis de epis. & cl. sup. & Fran. Lucanus tracta. de priuile. fis. col. 2. & adde huc l. cognouimus. & auth. idem. & ibi not. Inf. eo.

LEX SECVNDA.

OMnes. nemo vlterius conetur quæ repererit profana præcepta vel docere vel discere.) *Huc appositũ est subiicere, quod legitur in cõstitutione Valen. & Martiani Impp. posita in lectis ecclesiæ conciliis, post Chalcedonense concilium, existente minus integra inf. eo. l. quicũque. Ita enim fore vt materia subtrahatur erroris, si peccatorum & doctor defuerit & auditor. Quòd si qui eiusmodi vel doceãt vel discant, iis communicent vel consentiant, eorũ damnatione seipsos inuoluunt, vt habet Symmachus Papa in Apolog. aduersus Anastа. Imperatorem, & canon, Acacius. 1. & seq. 24. q. 1. & vide hîc gloss. & tradita in l.* Docentes & discẽtes impia plectuntur.

math. de epiſ.aud.ſup.& in l.Mani.Inf.eo.

Nec Antiſtites eorum auderint fidem inſinuare,quam non habent:& miniſtros creare qui non ſunt. *Vide conco.inf.eo.cano. omnis.c. alienus.c. hæretici.c. uenientes textus in lege:quicunque.§. idcirpudenda.c.miramur.& ſeq.24.q.1.c. non oportet & ſeq.c.ſi quis.c. maledicam.c. quod quidam.1.q.1.c.3. de. hære. in 6. Item Seluã. trac.benef.par. 2.q.12.& not.in c.duobus.de ſen.excom.in 6.Porrò hinc nota quod vulgò dicitur,& dixit Innocentius papa in epiſtola ad epiſcopos Macedoniæ cap.3. quod quis*

Nemo dat quod non habet.

non habet, dare non poſſe. Idem c. quomodo: de conſec.diſ.4.& ſimiliter l. nullus. & ibi not.de decurion.inf.& l.ſi feriatis.de recep. ar.ff.vbi & notat Bal.quod nullum eſt,non poſſe dare robur alteri .facítque regul. non præſtat impe.cum ibi.not.in 6.& Barb.cõſ. 18.col.fi.vnde & notat hîc Salic.non militem,nõ poſſe facere alium militem:neque qui

Imperator vno verbo facit doctorem cæteris præferédum.

non eſt doctor , alium doctorem: quanquam imperator & ſi doctor non ſit vt alij , vno verbo poteſt facere doctorem dicendo : Pronuntio te doctorẽ:vt de ſeruo liberum : ſicut & papa præſulem ſeu ſacerdotem,teſte An-

gelo. In l. cùm salutatus. De senten. pass. & rest. & in l. 2. de crimi. sacrileg. inf. & Bar. in repet. rub. qui admitti nu. 12. & in c. significantibus. col. 2. de libel. obl. & in c. 1. de rest. Bart. Bologninus in auth. habita. nu. 25. ne fil. pro pat. inf. Iacobi. à S. Georgio in tracta. de feud. cap. princeps pede. §. Sed an princeps. Et talis doctor præfertur antiquiori ab aliis scilicet inferioribus promoto per l. fi. de alb. scrib. ff. & ibi. Tigri. doctor antiquus notauit. & Põta. in l. si verò. §. de viro. fall. 49. solu. matri. ff. Barba. in c. quod clericis col. pe. de for. compet. Alex. in l. 2. §. prius. de vulg. & latiùs Decius in c. clericis, de iud. Syluest. Prierius in sua summa Theologica. verbo, doctor q. 2. facítque ad hoc c. ij qui. & c. si à sede. de præb. in 6. c. 1. & c. per tuas. & ibi gloss. & Pan. de maio. & obed. l. restituendæ in fi. & ibi gloss. de aduoca. diuers. iudic. inf. Mart. Lauden. tract. de dignitate nu. 32. ídque similiter dixeris de Rege nostro, qui in regno suo excellentissimè, & magis quàm imperator in suo orbe, imperat, neminem in temporalibus agnoscens superiorem, vt habetur in c. per vener. qui fit sint leg. & nos alibi latè docemus. & id de papa summo or-

Rex Franciæ potest facere doctorem, vt imperator.

Papæ verbo & eius authoritate fiũt magistri& doctores.

bis terrarũ apice nemo dubitabit. Qui & eo ipso quòd papa est, doctor dicitur vtriusque iuris humani, ac certè diuini, vt docent Bal. in c.1.de confess. & Barb.in c.licet.ex susce pto. col. 15. de for. compe. & in princ.c. in præsentia. de probat. passimque authoritate illius, vtpote vicarij eius qui est fons scientiarum videmus fieri scientiarum magistros & doctores, iuxta Fab.in l.2. de veter. iur. enucl.inf.& Reynaud in l.2.de orig.iur.ff.in quo quidem doctores approbando sunt vt testes, vt notat Pan. in c.cùm vener. de exceptio.& hoc est quod dicit Salicetus, qui non est doctor, nõ posse facere aliũ doctorẽ, hoc est probare vt inde omnino fiat doctor. Certè & omnes qui doctorem facere dicuntur, hoc est dignitate eiusmodi aliquem donare, eo ipso doctores esse apparet quadam authoritate. Qua si non essent, nec aliis tribuerent: & si conantes facto tribuere viderentur, & esse videretur, quod non esset, & esse dici non deberet, iuxta id quod item hîc obseruãdum est notatum à gloss. quam dicit sing. Barba.in rub.de probatio.col.5 quod falsum est, non esse: vt falsum amicum, amicum non esse: falsum Christianum, Christianum non esse: fal-

Quod falsum est adulterinũ

ſum numiſma, numiſma non eſſe. In quo addere licet l. eleganter §. qui reprobos. de pigno. actio. ff. Alex. cõſi. 14. nu. 10. Ioan. Lup. in repe rub. de don. inter vir. & vxo. §. 70. col. fi. Marſil. in l. 1. num. 213. de rapt. virg. à quo poſt Ioannem Ananianum citatur altera gloſſa in c. vera diſt. 45. ſic perla (vnionẽ dixeris) ficta quidem non dicitur perla, vt ea ornata mulier ex ſtatuto, hoc eſt lege municipali vetante perlam ferri, puniatur, vt ſcripſit Bartol. in l. 1. §. hoc eſt interdictum. De fonte ff. & Nicol. Boer. in add. ad dy. in c. vlt de reg. iur. in 6. & facit Põta conſ. 425. & Marſil. conſi. 89. ídque docet Georg. Natha in rep. cap. quamuis. nu. 109 de pac. in 6. ſed & limitat & diſtinguit ſecundum diuerſam cauſam ſtatuti per l. velleia. de veſtib. Olober. inf. ſic traditur à Martino Sancio in princi. arboris diuidui & indiuidui, oculum non videntem, non dici oculum, vt ex lege puniente nocentem oculo, qui eiuſmodi oculo nocuerit teneatur. Sic & filium ſpurium nõ dici filium, ad ſimile item decidendũ traditur à Bart. in l. Item in. de iur. perſo. & in l. pronũciatio. de verbo ſig. ff. & cõſi. 229.

& inutile, nõ eſt nec intelligi tur eo ꝙ ſimpliciter dicitur.

Nec per conniuentiã iudicantiũ, om-

niúmque quibus, per cōstitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur & crescat. *Paternas constitutiones vocant hîc Gratianus & Valentinianus fratres cum Theodosio imperantes, patris Valentiniani religiosissimi principis, vt vel ex Orosio discere licet lib. 7. cap. 32. quas nunc non haberi puto, & relictas à Triboniano, cùm hunc codicem ex tribus anterioribus componeret, emendarétque: quia hic textus seipsum declaret, & magis planéque declaretur lege eorundem principum, cui initium, Manichæos. inf. eo. vt ita hîc relatiuum, quibus (de quo multa docentes in. l. 1. de sum. tri. sup.) accipiatur declaratiuè, & intelligatur hoc crimen publicũ, & super eo. non solum iudicantibus, sed etiã omnibus competens quidem cura demandata. Quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriã. Et amor religionis nunquam potest esse securus, vt præclarè dicitur constitutione prima, quæ est sub simili titulo, libro nouellarum legum Theodosij. Itaque nota non esse dissimulandum punire & prohibere omnibus modis semper crimina, præcipuè verò primum cri-*

Hæresis crimen publicum, & ab omnib' in id agendũ.

A nemine negligẽda est persecutio crimi-

minum hæresim: neque negligendum vllo modo ab iis ad quos id leges pertinere voluerunt: & ita scilicet omnibus, quantum per facultatem suam vnicuique licet. Quod & præcipit b. Bernardus in sermone b. Ioan. Baptistæ dicens: Ferueat, fratres chariſsimi, zelus: ferueat amor iustitiæ, odium iniquitatis. Non licet (ait scilicet baptista Herodi) tibi habere eam (fratris scilicet) vxorem. Nemo dicat (scilicet vt dicebat Cain) nunquid custos fratris mei sum ego? nemo quantum in se est æquanimiter ferat ordinem deperire, minui disciplinam. Est enim consentire silere, cùm arguere poſsis. Et scimus quia similis pœna facientes maneat & consentientes. atque in hoc sunt tex. Eccl. 17. Math. 12. ad Rom. 1. c. negligere. 2. q. 7. cum similibus & vulgatis, & in specie omnino c. 2. de hæret. Insuper nota per negligentiā punitionū crescere delicta, & vt sacra habent, sine vllo timore filios hominum perpetrare mala. quemadmodum neglecta solent incendia sumere vires, quod inquit Horatius & glossa habet in l. si quis fumo. §. vlt. ad leg. acq. ff. iuxta & Leo. decimum lib. 10. epistolarum à Benbo. scriptarum ad Maximilia. imperator. 1. etenim

num, præcipuè hæresum.

Negligentia punitionū crescunt delicta, præcipuè hęreses.

ſic præcipuè hæreſes creſcere ſolent. Quæ(vt dicere licet ex apoſtolo, ſubindéq; ex Ouidio) latè ſolent, vt malum immedicabile cancer ſerpere, & illæſas vitiatis addere partes: atque ſicut ignis ſacer, id eſt execrãdus dictus, edaces omnia protinus conſumunt, ex fumo flammã facientes, ex ſcintillula rogum incẽdentes, & buſtum continuò reddentes. ſic certè de Arrio dictum eſt, illum in Alexandria vnam ſcintillam fuiſſe, ſed quoniam non ſtatim oppreſſa eſt, per totum orbem flammam eius eſſe populatam, c. reſecanda 24. q. 3. Ad hæc Cicero in Ora. pro Milone: quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem? & in c. eſt iniuſta. 23. q. 4. facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. quin nedum culpæ impunitas liberior peccandi licentia eſt: imò & leuitas pœnæ vitia ſolet augere, vt ait Rauiſius epiſtola quadam. Quanquam contra monet Seneca principem, ſed Neronem ſed crudeliſsimũ omnium, eum tanquam inuitum cum magno tormento ad caſtigandum venire debere: verecundiam peccandi facere ipſam clementiam: & regentis grauiorem multo pœnam videri quæ à miti conſtituitur: nec minus

Leuitate pœnarum creſcunt delicta.

principi turpia esse multa supplicia, quàm medico multa funera: remissiúsque imperanti, melius obediri, naturâ contumacem esse humanum animum, & in contrarium atque arduum niti, sequíque facilius, quã ducatur. Quod & imprimis & leuibus erratis verum est, nec sine causa sæuiendum, & quantum fieri potest compatiendum humanæ infirmitati. quam & sacra testãtur genes. 8.c. omnis. 12.q.1. pulchrè Salic. in l. desyderium. depos. inf. & sic peripateticorum præcipuus ethicorum libro 2. ait, nos ad intemperantiam magis quàm ad modestiam inclinari, quia magis ad voluptates sumus procliues. eáque inclinatio ad malum ab ipso scilicet Adamo primùm peccãte contracta, sola etiã per baptismum omnino non deletur, vt catholici tradunt. Vnde dicebat Apostolus ad Rom. 7. inuenio legẽ volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. In quo Augusti. sermo de verbis apostoli 12. Iustinianus. §. quia verisimile. auth. de non alien. reb. ecc. tum Baldus noster in l. manumissiones. de iust. & iur. ff. dicens, quòd & nos qui sumus regenerati per baptismum, non sumus in illa propria puritate, in qua fuit creatus

Quæ mitis esse debet culparum correctio.

Imbecillitate humana ab Adamo cõtracta & si baptizati ad vitia inclinamur.

Adam. Itaque homines ſecundum carnis naturam mali ſumus. ſicut dicit etiam apoſtolus, Natura ſumus filij iræ, & alibi: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Sicque iam ſoluitur quæ à b. Cypriano in prologuio ſermonis de natiuitate Domini dicitur inſolubilis videri quæſtio, quare homo rationabilis in negata nitatur, & vetita & ſemper illicitis delectetur. Quod & prædictis conueniens mirificè extricat Iacobus Valentinus in pſalm. 18. verſic. delicta iuuentutis meæ. & cæt. in hæc verba, homo pronus eſt ad vitia, quoniã liberũ arbitriũ à peccato Adã claudum factum eſt in ſiniſtra parte, id eſt vitiis: & vt claudus homo altero pede ambulans in hunc cadit, ita ſcilicet homo propenſior eſt in vitia, dum viuit. Pronus facilíſq; ad inferiora deſcenſus, quemadmodũ ait Poëta, facilis deſcẽſus Auerni: Sed reuocare gradum ſuperáſque euadere ad auras, hîc opus hîc labor eſt. plures ſunt, qui à via recta ad vallem vitiorum profundiſſimam deſcendant, quàm qui veri boni collem ab illa ſecedentes petant, vt habet Alanus Varenius dialogo de amore. Non ideo tamen (quod paraphraſtes infert Heſiodi) affectus noſtri

Soluitur inſolubilis viſa quæſtio.

ſunt inexpugnabiles: ſed difficulter quidem expugnantur: niſi quidem de primis intelligas, & minimè capitalibus, quos etiam ex Ariſtotele dixeris nõ eſſe in noſtra poteſtate. & ob id Plato videri poteſt alicubi dixiſſe, virum bonum, nunc bonum, nunc malum eſſe. Id quod ita accipere quidem licet de malitia veniali dicta, iuxta illud omnino quod in ſacris dicitur, ſepties in die cadere iuſtum, & alibi, neminem carere peccato, qui ſcilicet ſit adhuc eccleſiæ militantis. In qua nemo eſt perpetuò verè dei filius, perpetuò verè ſanctus: ſed velut in lubrico decertãtibus omnibus, qui nunc ſtat, paulo pòſt cadit, & in manus pedéſque ſurgit iterum, vt dixit Albertus Pighius in Bucerũ. Quem etiam, cùm dicit perpetuò verè Dei filium, perpetuò verè ſanctum neminẽ hîc eſſe, intellige, ita quidem vt omnino volũtatem Dei patris faciat: quod eſt abſoluti filij, atque ideo omnino ſancti viri. Sed nihilominus à capitalibus cauẽtes peccatis dum vel imprudẽtes in venialia impingimus, ipſius bonitate Dei filij ſanctíque ſimus: nempe retinentes gratiam eius, quæ eſt vita æterna, & ſaluatio noſtra, vt habetur ad Roman. 6. actuum 15. vnde eam

Qui affectus ſunt inſuperabiles.

Quomodo hic nemo eſt perpetuò dei filius, perpetuò ſanctus.

Veniale peccatum ſtat cũ gratia: quam ſufficere Paulo De' ait, & quilibet Chriſtianus ſeruare poteſt, licet difficulter.

Paulo apostolo sufficere Deus ait, vt ipse idem refert 2.Corint.12. & hæc est quæ seruatu non impoßibilis, sed difficilis est, & ideo paucos cōtingere dicta. ob quod & Christus ait, latam portam & spaciosam viam quæ ducit ad perditionem, & multos esse qui intrant per eam: quàm angustam verò portam & strictam viam, quæ ducit ad vitam, & paucos esse qui inueniunt eam. Sic verò etiam intelligit Christus enitenti homini, & ad se veluti de filio prodigo dicitur reuertenti & futura commoda cogitanti, facilè esse, vt quantum fieri potest virtutem ipsi primo in parente ante lapsum adnatam quodam postliminio penè pleno agnoscat. Nec ab re ipse Seneca dicit virtutē nobis secundum naturam esse, nullo nos vitio eam cōciliare, liberos ac integros genuisse. Vnde vitia accidentalia esse dices: nempe secundum quod & in sacris docemur, omnia quæ à deo creata sunt fuisse valde bona, atqui contigisse deinde vt angelus præuaricatione propria, & homo suggestione illius fierent à seipsis mali, ex quo iustißima illos punitio premit, illum perpetua, hunc temporaria, pro culpæ varietate. Quod Dei iudicium leges imitari

Virtus naturalis: vitia accidētalia.

Dei iudiciū leges imitantur.

imitari videmus, & de cœlo in his ipsis arbitrium sumere, vt habetur l. 1. de sum. tri. & fid. cathol. sup. vnde nemo cuasari possit vel clementiores vel seueriores. Quanquam nihil potest videri nimis seuerum in istos, quos penè nihil nisi propria, ceu mali dæmonis superbia tentat, catholico fastidito iudicio, nimio sui amore, sibiipsis tantummodo obsequentes, & veluti idolis seruientes. quãdoquidem quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, vt legitur 1. Reg. 15. cæterum de pœna iudicum negligentiũ, vide inf. eo. l. seq. l. quicũq;. & ne sac. bap. it. l. fi. vbi notauimus. Nihil nimis seuerũ in hæreticos. Puniuntur iudices negligentes.

Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. *Notari inde posse videtur leui etiam hæresis suspicione notatum, vocari, & damnari vt hæreticum posse. in quo est c. accusatus. In princ. & ibi notant Gemi. & Franc. de hære. in 6. & Gloss. in c. literas. de præsump. sed hi atque Gondisaluus Villadiegus in tractatu suo hæres. q. 13. in fi. nolunt talem damna-* An leui suspiciõe hæreseos notatus accusari possit & dãnari.

ri posse per illud c.literas. & per eũdem tex. dixit Pan.in c.1.col.10. de iudic. in crimine hæresis non procedi facilè ex præsumptione. Et quidem textui huic potest responderi, latis aduersus hæreticos sanctionibus succumbere debere, qui vel leui argumento tandem plenius detecti fuerint deuiare. Item non nocet c. accusatus si accipiatur cum gloss. Sed verius puto leui suspicione accusatos nulla pœna puniri debere, si quidem ea suspicio culpa eorum non obuenit (vt ita quidem leuis omnino suspicio ac penè nulla tandem accipiatur) neque tales hæresim abiurare debere, nisi id aliud suadeat c. cùm in iuuentute de purga.can.atqui per hunc tex. & d.c. accusatus. Rationabiliter intelligendum est etiam ex leui suspicione hæresis reos factos, quæ tamen ex eorum culpa prouenit dicto vel facto (vt sic iam non omnino leuis videatur) leuiter quoque vel pœna pecuniaria vltra abiurationem esse plectendos, iuxta etiam docto. ad cle.nolentes.de hæret.Franc.Scyllac.cap.21.cum præceden.Gondisal.q.1.Lup. in sua alleg.§.4.& 7.&. 12. & sumere licet exemplum ex eo quod notant Card. & Feli.in c.excommunicamus.§. adiicimus.De

hæretic.quòd ſi quis eſt diu negligens à ſacramentis eccleſiæ & cultu diuino, poteſt procedi contra ipſum abſque aliqua infamia.ídq; per tex.inibi exiſtentem.qualem dicunt neſcire ſe alibi : & licet addere textum apertiorem ex concilio Elibertino cap. 21. in hæc verba.Si quis in ciuitate poſitus tres dominicas eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineatur, vt correctus eſſe videatur(id eſt, vitetur tanquam ſuſpectus in fide) & neque domum eius quis accedat: quòd ſi quis acceſſerit vitetur iſte etiam (ſiquidem commonitus fuerat vt ille vitaretur vt & habet id ſupplẽs cõcilium Toletanum primum, cap.15.)Hic igitur ſi talem nõ vitauit, quia non commonitus, & vel imprudens id egit, nõ erit pœna plectendus: vt etiã cõmonitus, ſi charitatis cõmoda cauſa illũ adierit: illéq; ſcilicet, ſi probauerit ſuſpicionem illam nõ traxiſſe ſua culpa, vt videlicet quia ſufficiẽti ratione ire ad eccleſiã nõ potuit & ſimilis ſimilia facere. & ita, quidẽ non recipiens cõmunionem τελεστικῶν μυστηρίων, ἱερωτάτην εὐχαριστίαν ſcilicet(vt b. Dion. habet) ſingulis annis, dicitur eſſe hæreticus, per tex.in auth.de priuileg.dota. vt ait Ioan.Be-

Negligẽs eccleſiaſtica eſt ſuſpectus hæreſeos.

randus tracta. de iniur. voluminis formæ mediocris fol. 8. cuius rei & similium præcipuè hoc tempore diligentes inquisitores esse deberent magis quàm cẽsores apud Turcas constituti: qui neglectæ orationis insimulatos suppliciis afficiunt: eos enim per oppidum trahunt appensa collo tabella, & caudis vulpinis, ad hæc pecunia mulctant, vt retulit Christophorus Richerius de rebus Turcarum lib. 2. & qui apud illos diu captiuus fuit innominatus autor adiunctus confutationibus impij Mahometis Alcorani. id quod etiam fit similiter in suspectos hæreseos in religiosissimis (vt audimus) Hispaniæ regnis, vel hoc maximè iis temporibus triumphantibus, & singulari laude dignis, quòd nulla non solum planè hæresis, verùm ne suspicio quidem hæreseos sine digna vel momento maneat nota. & aliquando nostris nimium graue videtur planè conuictis grauissimæ multiplicísque hæreseos, hãc infamiam inferre. ô discincta in puniendo maximo scelere iustitia? vnde scatent iam omnia scabie tendente insidias magnatibus, & ita animos aduersum se faciente. sicque aliâs infandos indies facit penè desita aduersus delinquentes cleri-

Inquisitores etiã in animas suspiciones hæreseωs non dissimulent.

Turcarum mos.

Hispanorum mos.

Notantur parũ seueri ĩ hęreticos & clericos delinquẽtes magistratus.

cos in curiis episcoporum catamidiandi seueritas. De qua ex Budæo Imbertus institu. Forensiũ lib. 3. & facit c. in capite 50. dis. & c. cum aliquis. 11. q. 3. Cæterum abiuratio prædicta certè vsitatissima, ita facienda videtur, vt accusatus siquidem errauit & vel confessus est, primùm confiteatur se errasse, omni verò casu Anathematizet, abiurétque hoc est iureiurando promißione firmata à se perpetuò ableget omnem hæresim generaliter, & specialiter eam, de qua est postulatus, profiteatúrque generaliter se consentire fidei ecclesiæ, & specialiter in eo ob quod est accusatus, & pronunciet eos qui contra sentiunt & sentient cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos: séque, si eiusmodi amodo fuerit, canonum subiiciat seueritati: & his demũ perlectis sponte subscribat c. quoties. 1. q. 7. c. ego Berengarius. de consec. dist. 2. facítque cle. 1. de sum. tri & gloß. in d. c. cum aliquis. 11. q. 3. & inter cætera veterum scripta, Cyrilli Alexandrini episcopi cum synodo scribentis ad Nestorium hæreticum epistola ita habens, Non sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum cõfiteri, sed consequens est & iurerando fateri Abiuratio hæresis quomodo facienda.

te quòd anathematizes fidem tuam pollutam & profana dogmata, sentias & doceas quæ nos vniuersi docemus. Vnde apparet vetustum esse hũc morẽ ecclesiæ. Atq; huc ius docet adhibendos quatuordecim viros, qui honesti existant, & huiusmodi hominem satis noscant, & sic quidẽ iureiurãdo contestentur se credere ita esse & fore vt ille dixit.c.inter c.cũ dilectus.c.constitutus.c.de test.de purg. cano. & qui contestabũtur satis fuerit quòd se subscribant iuxta tex.in l.ita stipulatus.§. Chrysogonus & ibi doc.de verb. oblig.ff. & Bertachi.In tracta.de episcopo, lib.3. par.1. col.5. vel si ij omnes nesciant scribere, ille qui damnatus fuerit, legentis actuarij verba voce consequatur, tum is & cæteri signum aliquod subnotent, veluti crucis, vt fit aliâs à testibus iuxta notata à nobis in.§. supradictis tertiæ constitutionis proœmialis huius C. sup. & gloß. Accursij in §.1. verbo, venerabile.auth. de testib. vel mandent scientibus scribere, iuxta notata in l.diuus.§. senatus.ff. de fal. Marsil.not.471. Pan.in c. cùm. inter. col.4.de re iudic. Verum tandem hoc totum ad arbitrium episcopi & inquisitoris fit c.ad abol.§.1.c.excõ.§. qui autem. cle. 1.de hære.

Vetus est mos abiurationis.

Arbitrium episcopi & inquisitoris in abiuratione.

Ad quod etiam pertinere videtur, inter cætera, vt secundum quod pluribus scandalum factum est coram pluribus abiuratio fiat, & item mittatur ad quosdam, vt gaudeant de reuerso atque conuerso, qui doluerant de aduerso atque peruerso, dd. c. inter. De purg. cano. & c. ego. Bereng. de cons. dist. 2. ac c. inducet. de pœnit. dist. 1. túmque fructuosissimè fides vera defendi intelligitur, quando sic etiam à sectatoribus suis opinio falsa damnatur, vti scripsit Leo papa ad episcopum Flauianum. Et talis, si postea deprehendatur in hæresi, censebitur relapsus, si quidem grauem ob suspicionem abiurauit, non autem si ob leuem, c. accusatus. de hæret. in 6. idémque censendum si fortè ob leuem suspicionem, quam non contraxerat sua culpa obiurauerat, quemadmodum si ob leuem quam contraxerat sua culpa: & scilicet si infinitis vicibus ob leues suspiciones quas non contraxerat sua culpa abiurauerat. Secus verò si vel bis antea abiurauerat ob leuem suspicionem culpa sua cõtractam. Quoniam veniale iteratũ fit mortale c. vnum orarium. 25. dist. l. 3. de episc. aud. cum ibi not. & si. prædictis verò casibus, ac etiam pariter, si vel bis abiuratio

Quis dicatur relapsus in hæresim.

d.iiij.

facta esset, semel suspicione leui culpa contracta, & semel culpa non contracta, competit quod dicimus, parum & nihil æquiparari, & quod nullum est nec prodesse nec obesse l. si pupillus. §. si ego ad le. fal. ff. l. quoties. qui satis. cog. cum ibi not. & similibus. & hæc pertinebunt ad abiurationem quoque factam simpliciter vel generaliter. d. c. accus. §. eum verò. de hære. in 6. Sed planissimus huius quidem textus sensus videtur, vt is qui vel leui & parua aliqua, sentẽtia (scilicet respectu maiorum quodammodo) ab ecclesiæ traditionibus detectus fuerit deuiare, planè sit hæreticis annumerandus, & latis aduersus hæreticos legibus simpliciter puniendus, veluti etiam censuit Accurs. sed & Bartol. hic, & Azo. in summa sua, & Petrus Vnzellanus in praxi tabellariæ artis, ti. de hæretic. & Innocen. in c. ad Apostolicæ. verbo non dubiis. de re iudic. ad quod & d. c. accusatus. §. eum verò. & ibi doc. eo tit. in 6. in quem sensum etiam accipere licet quod scripsit S. Leo. epis. 21. ab euãgelica apostolicáque doctrina, ne vno quidem verbo dissidere oportere. id quod c. fi. 15. dis. & alibi dicitur iota, & apex, ex Matth. de quo Alph.

Hæreticus est planè, quantũuis parua sentẽtia ab ecclesia discedens.

Castren. in suo opere in hæres. & sic hic plenissimus est tex. conueniens cum iis quæ scripsimus ad rubri. quis planè dicatur hæreticus & tanquam talis sit plectendus. in idémque licet legere pulchrè conueniens initium huius l. ac legis præcedentis, & pariter conuenientem textum nouellæ 109. *& totius legis secundæ, quæ & vltima est tituli, de religione, etiam vltimi Theodosiani Codicis. indéque tandem licet dicere cum Chrysosto. homil.2. in anomæos, si ægreferant quòd ita appellantur hæretici, fugiant ipsi rem, & ego quoque vocabulum fugiam, ac certè lex vocabulum fugiet. discedant ipsi à mente impia, vt lex ab hac probrosa appellatione discedat. Sed si ipsi fidem re ac opere negligant, & semetipsos turpissimè tractent, non querantur, si & ita vocentur, & grauissimis pœnis subdātur, secundum alios & vulgatos in materia similésque tex. c. omnis qui.* 24. *q.* 1. *c. ad abolendam. c. excommunic. c. accusat. de hære. l. damnato l. Arriani. & cæt. inf. eo item l. ait prætor §. si aliquando. & fine præcedentis eam, de oper. no. nuncia. ff. facítque c. prouinciæ & c. nulli.* 99. *dist.*

Nō fiut, & non dicentur, neque punientur hæretici.

LEX TERTIA.

Multis legibus conuentus hæreticorum prohibiti.

CVncti.) *Ante hãc legem etiã, horum principũ, Archadij scilicet & Honorij pater magnus Theodosius lege tandem hæreticorum concilia prohibuerat: ac primùm vt non haberent ecclesias, & è ciuitatibus expellerẽtur, cum aliis quæ præcedentibus legibus continentur, sanxisse refertur triper. historiæ. lib. 9. cap. 25. & 19. ante hùncque planè Constantinus magnus lege posita sanciuit hæreticis auferri oratoria, & ecclesiis applicari: & vt ij neque in domibus priuatorum, neque publicè congregationes celebrarent. Quæ duo sunt & hac lege latius comprehensa. Cui imprimis quoque consentit c. qui contra & c. ait Cœlestinus. & seq. 24. q. 1. c. 1. de schism. c. 2. §. hæretici: (ibíque extenditur hoc, & in. §. seq.) de hæret. in 6. deincépsque adest l. cõuenticula. de episc. & cle. sup. & l. damnato. inf. eo. & tex. in auth. de interd. col. hæret. quæ est nouell. 132. & item nouella 42. & si. c. excommunicamus. §. adiicimus. c. cùm ex iniuncto. in princ. & ibi feli. de hæret. denique nota pœnam iudicis crescere dignitate, iuxta c. homo*

Iudicis maioris maior est pœna.

chris.40.dis.& si.& adde l. quicunque.eo. inf.iuxta.scilicet l.qui sepulchra. & ibi notata de sepulchro violato infra.

LEX QVARTA.

Manicheos. Ac primùm quidem volumus esse publicum crimen :quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.) *Huc adnotatis adde c. in nonnullis.& ibi feli.3.not.de Iudæ. Cataldinum in tractatu de potestate papæ col. 8. Scyllacen. de fide cathol.cap. 15. Nic. Arelate.de hæret.not.10. cæterum quoniam hac lege plurimum pœnarum in hæreticos competentium congestum est, collige planè pœnas hæretici hominis tandem ex vtroque iure receptas. Primò anathema est, & consequenter prohibitus, quantū apparet ab ecclesiæ sacramētis & sepultura c.apostolicæ.24.q. 3.c. sancta.§.hæc &.15.dis.c.omnes.22.dist. Nicol. Ber.in re.c.vt inquisitionis.in præf.9.quæst. quid si sit occultus omnino.de hæret. in 6.c. sicuti.1.c.excōmunicamus.1.& 2.c. ad abolēdam.de hære.& item.cap. 2.&.4. illo titu. in 6.2.infamis est c.infames.6.q.1. & auth.* Pœnæ hæreticorum ex vtroque iure. Prima. Secunda.

Tertia. *Gazaros.inf.eo.3.ius potestatis amittit.c.vlt. de hære.& c.2.§.vlt.eo.tit.in 6.& fine huius legis.4. contrahere nullo modo potest,&* Quarta.
Quinta. *cæt.5.vtrãque testamenti factionem & cuiuscunque tituli facultatem perdit, quæcunque ex moribus vel legibus cæteris communiter cõpetit, hac ipsa l.& c.sicut.1.in c.excõmunicamus.1.§.credentes.c.5.& seq.de hær. auth.seq.l.vlt.& ibi. Salic. inf. eo. & ponderа textum hîc apertum etiam vbi habet: quolibet genere reliquerit voluntatem: vt etiam non posit pupillariter substituere hæreticus.quod & tradunt Nicol. Arelat. not. 14. & Io. Corasius ad l.si testamento. de impub.inf.& certè generaliter quòd hæreticus fiat penitus alienus à quibuscunque officiis, beneficiis, iisque omnibus quæ communiter competunt christianis, addere licet c.2.c. vt* Sexta.
commissi & c.statutum. de haret. in 6.l.B. sup.eo.cum ibi not.præterea omniũ bonorum publicatione mulctatur hæreticus, hac l.c. cum secundum ll.de hæret.in 6. c. vergentis. eo.tit.in codice Grego.auth. Gazaros. & fine Authenticæ, idem.inf.eo.c.excommunicamus.§.damnati.& ibi doc. de hæret. Scyllacen.ca.30.Villadiegus.q.15.Feli.in c.cùm no-

bis col.penul.de præscrip.vbi vide, & Bart. in l.si debitor.de iis quæ in fraud. cred.ff.& Bernard.Diaz.in praxi criminali canonica cap. 107. & huc accommodum est quod tradit Corsetus tracta.de potestat. & excell. reg.q.72.limita.18.regulam quæ habet,spoliatum ante omnia restituendum, non obtinere quando obiicitur crimen hæresis: quia cùm non possit possidere,non potest prætendere hæreticus spoliationem,vt not. in c.quo iure.8.dist.tandem verò etiam si fuerit clericus, hic primùm quidem desecratus,appellatione postposita iudici seculari traditur, & ab hoc sine cognitione alia vltimo supplicio destinatur c.vt inquisitionis.& ibi.doctè ad fi.Nicol. Bertrand.de hære.in 6.& ca.4.eo. tit.& cc.excommunicamus.c. ad abolēdam. eo.tit.in antiq.l.Arriani.& l. quicūque inf. eo.Atqui cùm vltimum supplicium mortem interpretemur solam(quæ & furca, & gladio, & igne infertur,sicut & olim hebræis etiam lapidatione vt conueniebat infligebatur,l. vltimum.l. capitalium. l. aut damnum.de pœ.ff.cum si. & sunt vulgati in sacris locis, & adnotat ex sapientiū hebræorū monumentis ad capitula patrum Paulus Fa-

Hæ nunquam vt spoliat' restituitur.

Septima& vltima hic hæreticorum pœna.

Quod genus mortis hæreticis inferēdū.

gius) non ab re dubitari videtur quod genus vltimi supplicij intelligendum sit. tametsi quid prodest, in hac ipsa re iura dicere, similes excessus & culpas pœnis similibus in posterũ puniri debere, cap. 1. de scism. in 6? quid & denotare planè, grauiora & apertiora delicta vel leuioris delicti animaduersionibus adstringi, cap. cùm secundum. de haeret. in 6. c. vergentis. eo. tit. in antiq. auth. Gazaros. inf. eodem? quid item exprimere, mentem legis, ipsam legem esse, ac verbis ipsis praeferendam esse c. certum. de re iud. in sexto Bonifaciano? si vbi ea quidem apparet certa, verba quaeramus, ipsa amplectamnr, neglecta illa? certè nihil. l. non poss. de legi. ff. l. 2. §. post originem. de orig. Iur. & certum est ita committi in legem (vt ait ipse Bonifacius) neq; ad excusationem eius admissi prodesse ignorantiam c. ignorantia de reg. iur. in 6. itaque cùm ad l. Mathematicos tit. proximè superiori significauerimus, legẽ cui initium est, & si. de malef. inf. ibi designatum Mathematicum ita puniri, vt primum eius dorsum candentibus forcipibus sulcetur (vt fieri videmus nonnunquam in famosis & insignibus latronibus) & deinde ex l. ne-

Similium culparũ similes pœnae.

Mathematici pœna.

mo.eo.tit. capite truncetur: & siquidem contumacia crimen auxerit, ex l. nullus eo.titu. viuus exuratur: & idem licet infamis sit. c. 2.de sortil. in antiq. non tamē eum tanquam hæreticum iura persequantur, nisi sapiat hæresim manifestè, c.accusatus.§. sanè de hære. in 6.neque tum adhuc certo sit hæreticus, vt denotatum est supra in hunc titulum, hócque crimen, & pertinacia hæc grauissima omnium sit, quæ in ipsam diuinam maximè nititur maiestatem hac lege, & auth.gazaros. inf.eo.& c.vergentis.eo.in antiq.omnino indubio iure videtur vti consuetudine gētium in vltimis hisce hæreticorum pœnis. námque indubium atque apertum non ab re dicitur, & intelligitur quod vel coniecturis assequi licet, c.accusatus.§.sacerdotes. de hære. in 6. l.si quis locuples. in fi. vbi Bart. & Bened. Plumbinus notant, de manu vind.ff. Consuetudo autem ea est, & pœna hæretici frequentior, vt laqueo strangulatus exuratur: pro quo iam etiam facit quod in sacris libro Regum quarto capi. 23. dicitur de principe gentis Dei, quòd occîdit vniuersos sacerdodotes excelsorum, qui erant in Iudæa & Samaria seruiētes idolis, super altaria, & com-

Mathematicus non semp etiā præsumitur hæreticus.

Crimē, & pertinacia hæresis omniū grauissima.

Indubium quid.

Consuetudo frequētior qua iure perimūtur hæretici.

bußit ossa humana super ea. & ne hoc videatur ridiculum & vel à iure nostro alienum, & frustraneum vt peremptus homo adhuc quodammodo perimatur, considerare licet, inter alia quæ sese offerunt, multa similia, quandoquidem traditum infamem adhuc per sententiam infamari: & si hæc haudquaquã magna pœna sit: & excommunicatum excommunicari: & bannitum, hoc est exilio datum, banniri, Bal. in l. palam. §. quæ in adulte. de rit. nup. ff. idem Bal. Barbat. & alij in c. capitulum s. crucis. de rescrip. Vitali in tracta. malefic. titu. de comparitio. accus. prope fi. & ita hæc (& si in idem tendunt) cùm plura sint, opus habent tot absolutionibus & restitutionibus, docente quidem Bal. in c. in genes. col. 2. de elec. cum Guiliel. Duranto in suo speculo, tit. de rescrip. præs. §. 8. vers. Item quòd literæ. & si id quidem obtinere quando ex varijs causis illa descendunt: si verò ex vna tantum causa promanent, vna absolutione vel restitutione solùm opus esse tradũt. Cy. Bal. An. in l. vlt. de nup. inf. l. 1. §. si plures. ff. ad Turpil. l. de pupillo. §. si ex pluribus. de ope. no. nunc. Porrò in hoc semper sufficere vnam absolutionem ac restitu-

Pluries infamat' vel excõmunicat' an pluribus restitutionibus vel absolutionibus egeat.

stitutionem ex animo simpliciter factam videtur & l. pluribus. de acceptilatio. ff. de quo & Bar. & alij in d. l. de pup. §. si pluribus. de oper. no. nũ. ff. Angel. in l. nouerint. vt intra cert. t. quæs. cri. ter. inf. Pan. in c. cùm pro causa. &c. officij. de sen. excom. Ioan. Gerso. super Floreo lib. B. Bernhardi cap. 3. Præterea cùm omnis pœna maximè ad emendationem hominum infligatur, & ne peccetur amplius, vt Plato alicubi docuit, & Odofred. ac Bald. in auth. interdicimus. de episco. & cleri. suprà. iuxta scilicet & l. quicunque. §. vniuersi. in fi. inf. eo. etc. ea vindicta. §. magni autẽ. 23. q. 4. ne inquam peccetur ab illo, qui deliquit amplius (quod quidem quocunque modo vitam finiat consequitur ius l. si pœna. ff. de pœn.) & scilicet ne ab aliis peccetur, Longobar. 36. de homici. lib. homi. & Longobar. vlt, de seditios. (quod vt assequatur ius, multis modis & terroribus pœnarum vtatur est opus, vt & tradit Alexand. ab Alexandro Genial. dier. lib. 3. cap. 5. & est bonus tex. in l. 7. ad leg. Flauiam de plagia.) eligibilius est, atque optimum, vt dictum est fieri. neque, si exusto corpore id truncari quis velit, immeritò insanus habebitur: quippe cùm id fieri nõ

Pœna omnis ad emẽdationem hominum præcipuè tendit.

e. i.

bußit ossa humana super ea. & ne hoc videatur ridiculum & vel à iure nostro alienum, & frustraneum vt peremptus homo adhuc quodammodo perimatur, considerare licet, inter alia quæ sese offerunt, multa similia, quandoquidem traditum infamem adhuc per sententiam infamari: & si hæc haudquaquã magna pœna sit: & excommunicatum excommunicari: & bannitum, hoc est exilio datum, banniri, Bal. in l. palam. §. quæ in adulte. de rit. nup. ff. idem Bal. Barbat. & alij in c. capitulum s. crucis. de rescrip. Vitali in tracta. malefic. titu. de comparitio. accus. prope fi. & ita hæc (& si in idem tendunt) cùm plura sint, opus habent tot absolutionibus & restitutionibus, docente quidem Bal. in c. in genes. col. 2. de elec. cum Guiliel. Duranto in suo speculo, tit. de rescrip. præs. §. 8. vers. Item quòd literæ. & si id quidem obtinere quando ex varijs causis illa descendunt: si verò ex vna tantum causa promanent, vna absolutione vel restitutione solùm opus esse tradũt. Cy. Bal. An. in l. vlt. de nup. inf. l. 1. §. si plures. ff. ad Turpil. l. de pupillo. §. ex pluribus. de ope. no. nunc. Porrò in hoc si mper sufficere vnam absolutionem ac restitu-

Pluries infamat⁹ vel excõmunicat⁹ an pluribus restitutionibus vel absolutionibus egeat.

ſtitutionem ex animo ſimpliciter factam videtur & l. pluribus.de acceptilatio.ff.de quo & Bar.& alij in d.l.de pup.§.ſi pluribus.de oper.no. nū.ff.Angel.in l. nouerint.vt intra cert.t.quæſ.cri.ter.inf.Pan.in c.cùm pro cauſa.&c.officij.de ſen.excom.Ioan.Gerſo.ſuper Floreo lib.B.Bernhardi cap.3 . Præterea cùm omnis pœna maximè ad emendationem hominum infligatur, & ne peccetur amplius, vt Plato alicubi docuit,& Odofred.ac Bald. in auth.interdicimus.de epiſco. & cleri. ſuprà.iuxta ſcilicet & l.quicunque.§.vniuerſi.in fi.inf.eo.etc.ea vindicta.§.magni autē. 23.q.4.ne inquam peccetur ab illo, qui deliquit amplius(quod quidem quocunque modo vitam finiat conſequitur ius l.ſi pœna . ff. de pœn.)& ſcilicet ne ab aliis peccetur, Longobar.36.de homici.lib.homi.& Longobar.vlt. de ſeditioſ. (quod vt aſſequatur ius,multis modis & terroribus pœnarum vtatur eſt opus, vt & tradit Alexand. ab Alexandro Genial.dier.lib.3.cap.5.& eſt bonus tex.in l. 7.ad leg.Flauiam de plagia.) eligibilius eſt, atque optimum,vt dictum eſt fieri.neque, ſi exuſto corpore id truncari quis velit,immeritò inſanus habebitur:quippe cùm id fieri nō

Pœna omnis ad emédationem hominum præcipuè tendit.

torum eo arbitrio, pro pertinacia plana vel etiam hæresum maiori quodam horrore, acerbiori etiammodo eiusmodi hoc est viuos penitus absumi conuenit: licet ex multorum sententiis tradiderit Lucianus in vita Peregrini, nullam mortem velociorem esse ea, quæ per ignem infertur. Solum enim os aperiendum esse, & statim animam efflari. Sed hoc forsan fabulabatur iste, ne fortè & ipse Atheos in ignem, quem maximè timebat, coniiceretur: aut id existimauerit verum, cùm quis maximè igni totus penitus iniicitur, vt se ipse inecit in pyram maximam concensam Peregrinus ille, sibi ipsi nequiter inferens, quod satis supérque iustè à magistratibus sibi inferri meruerat. Qui quidem cognominatus Proteus teste Ammiano libro 29. scilicet, quòd per varios ritus & professiones transiens, & in nulla persistens, Christianus quoque factus, apostata demum extitit, post quæ etiam pessimè interiit. Cuius morti adfinis quodammodo proditur Hieronymi à Praga Vuicleuitæ hæretici mors, in eo libro qui Fasciculus rerum expetendarum & fugiendarum inscriptus est, & historiæ Bohemicæ capite 36.

Mors per ignẽ illata an cæteris velocior.

Peregrini mors. & cur protefit dictus.

e. ij.

atqui etiam sic grauiori modo exuruntur modico igne supposito inclusi, vel constricti, & vel plures lancibus alternatim demissi. quomodo etiam punitos pestis seminatores sæpè accepimus. quos nec visum est sufficere lege Cornelia ita puniri, vt gladio contradantur morti, quemadmodum ij qui venenum malũ necandi hominis causa faciunt, aut vendunt, habéntue, l 3. ad leg. Cor. de sic. & venef. ff. quomodo plus est hominem extinguere quàm occidere gladio l. 1. de malef. inf. & certè exquisito necandi modo par fuerit etiam exquisitam inferre pœnam, iuxta & l. multi. eo. tit. Iisque planè similes sunt isti seminiuerbij mali & impij, tanto peiores, quantò peius est animæ nocere, quàm corpori, ob ipsam etiam animam viuenti. pestis vtique est hæresis ipsa ceu menstruum contactu suo fidei virorem & probitatis specimen proterens & dehonestans nequissimè seminatur ita ab his, & per quosque vilissimos, ipso ceu muliebri menstruo, ceu pannis, contracto libellis & commentariis licentiosis, diro scilicet impietatis veneno fartis fidei melle illito quidem & egregiè ad ostentationem composito ementitóque: qui alij super alios certatim elucubrati

Pestis semi natores quomodo puniti.

Hæretici similes pestis seminatoribus, & iis qui veneno occidunt.

ad vltima impietatis exempla diuinarúmque rerum contemptionis quamplurimos perduxerunt, vti scripsit Budæus de transitu Hellenismi lib.2. atque horum scriptorum ita vel latores, ceu illicitarum specierum hostibus suffragrantium ad reipu. oppugnationem capitali prædicta pœna subiecti intelliguntur cum ipsis scriptis, etiam expresso in hoc iure argumento, l.2. quæ res export. non deb. inf. c. cùm secundum ll. de hær. in 6. in quo & faciunt notata ad l. quicunque. & huc pertinent scripta in lege damnato. eo infrà, & quidē graue nimis est ad exterminationē hæreticæ prauitatis non agere quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit, vt habet Cle. 1. §. verum. de hæret. & vt habet l. quicunque. inf. eo. æquum est vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. vbi id dicitur mox, (posteaquam dictum erat de vltimo supplicio hæretico inferendo) de libris eiusmodi comburendis, qui etsi aliter perire poßint, tamen iubentur comburi, vt inquam par pœna eis sit. Ergo quod generaliter dictum erat de vltimo supplicio, quo hæreticus plecti debet: postea (quia ridiculum fuisset dicere de libris generaliter & simpli-

Hæreticorum scriptorū latores cū ipsis scriptis cōmuni perire debēt incendio.

Nota inductionē legis, quicunque. & inde plura, quòd hæretici pœna fit ignis.

citer, quomodo de homine dictum erat, vt vltimum supplicium pateretur) declaratum est expressim & specialiter, quòd id vltimum supplicium combustio est. & sic habemus textum iuris satis apertum, quòd hæreticus pœna ignis absumi debeat: cui conuenit & suffragatur regni Neapolitani constitutio tota egregia sub tit. de hæret. & patar. 1. ad litteram habens, vt viui in conspectu populi comburantur, flammarum commissi iudicio hæretici facítque quod ait Orosius lib. 7. ca. 33. Valentem imperatorem Arrianum iusto Dei iudicio viuum à Gothis incensum, quos Arriana labe infectos, vt etiam mortui arsuri essent, reddiderat. & quod scripsit B. Io. Damasc. lib. de hæresibus Litoium quondam Meletinorum sanctum episcopum diuino amore ductum, cùm multa Messalianorum hæresis contagione infecta comperisset monasteria, ea incendisse. sic & robusta multa hæreticorum milia inclusa horreis quibusdam refert AEnæas Syluius in historia Bohemica cap. 51. nec prætereundum est iisdem pœnis scilicet & mathematicum manifestè hæresim sapientem & pertinacem plectendum esse: cùm, inquam, grauius sit diuinam, quàm temporalem offen-

Mathematicus hæresim sapiens vt puniendus.

dere maiestatem: nisi quod mathematicum talem oportet omnino gladio, vel cùm incipit comburi, perimi, non autem securi, gladio, vel alio modo, quia ita exprimitur, l. aut damnū. §.1. de pœn. ff d. l. nemo. de malef. inf. si non omnino scilicet cōtumacia, etiā extra hæresis suspicionem, crimen augeat: quoniam tum viuus mandatur exuri, vt dictum est. Ex iis autem liquet & illud mirabile in cadauerem inanimatam animaduerti, vt habetur d. l. quicunque. ac c. adhæc. de priuileg. & c. quicūque (vbi & notant Archid. & Ioan. Andr.) de hæret. in 6. & gloss. reputata sing. in l. 2. arbo fur. cæsar. ff. & c. debent. 11. qu. 3. & præcipuè prænotato Regum loco. quo libro & Paralipomenon vltimis ferè capitulis legere est, Iosiam regem optimum (quippe qui ambulauit per vias Dauid patris sui, & fecit quod placitum erat domino, & non declinauit ad dextram siue ad sinistram) sæpè pseudoprophetarum ossa combussisse. Statuā quoque de fano Baal prolatam cōbustam 4. Reg. 10. exprimitur, ac derelictos in bello deos Philistiim exuri præceptos continetur 1. Paral. 14. & refertur inter errores damnatos Parrhisiis scriptos post libros sententiarum Petri

Etiā in cadauer hæretici animaduertitur.

Lombardi, Almaricũ hæresiarcham mortuũ, exhumatũ, & eius cinerem ac ossa per sterquilinium dispersa Et in vita Bonifacij octaui pontificis maximi narratur, eius iussu exhumatum & combustum Hermani cuiusdam ex fratricellorum hæreticorum grege corpus, iam viginti annis habitum pro sancto apud Ferrarienses. & in libro qui inscribitur, Discipulus, inter multa exempla similia & bella quidem, habetur, cuiusdam eiusmodi corpus vulgo sanctum habitum ab inquisitore fidei cum episcopo Brixiensi exhumari iussum, ac comburi, aliquandiu à dæmonibus ma lis in aëre subleuatum, demum verò corporis Christi præsentia in ignem delapsum, & absumptum. Certè & ciuitas iam olim lege veteris scilicet instrumenti mandatur exuri, gladio cæsis eius habitatoribus alienorum deorum sectatoribus. quod multo magis nostro tempore post aduentum Christi (qui nos & verbis & factis hortatus est vti in vera religione persisteremus) seruandum docuit B. Cyprianus apud Gratianum c. si audieris 23. q. 5. vnde ibi gloss. & Bonifa. Vitalinus in opere crimi. tit. quis alium poss. offend. & tit. de crimi. hæres. notant, ciuitatem totam, in-

Ciuitas impiorum exurenda.

qua sunt hæretici, posse exuri. quod vel maximè ob perseuerans, & quosque lædens malum alioquin vt videtur irremediabile, legitimè & quàm citò fieri oportet in luculento ἄτης domicilio, & plenißima hæresis officina geneua. Cæterùm illud iure fit propter atrocitatē sceleris: quod & alioquin post mortē persequitur lex, textu hoc, etc. accusatus. §. in eo vero. eo. ti. in 6. c. sanè 24. q. 2. Gōdisal. q. 22. Lucan. tracta. de priu. fisc. in quibus cas. ven. bo. fisc. appl. ca. 22. Bellam. decis. 677. & tribus seq. Io. Igne. in dispu. incipien. cùm me legēte. col. 42. vbi et latè docetur, id nō fieri aliàs in delictis. vnde Alex. in additio. ad Bart. in l. defuncto. de public. iudic. ff. taxat iudices, qui iubent suspendi cadauera damnatorum quāquam ibidem Ioan. ipse etiam Forocornel. post Bal. in l. 2. qui test. fac. poß. inf. & post hos Marsil. in l. fi. col. 6. de quæstio. ff. aiunt illud in arbitrio iudicis esse, & ego puto quòd iudex id facere poßit, ob potißimam illam rationem (quam memorauimus suprà) pœnas scilicet maximè infligi ob cæterorum terrorē: siquidem iam lata sit in eum sententia, nec appelletur. & hoc innuit lex vltima, si reus vel accusat. mor. fuer. inf. iuxta quam cæteræ

Geneua.

An damnatorū corpora suspendenda.

similes intelligendæ sunt, ac ipsa lex defuncto, qua innititur Alex. cui etiam aliter responderi potest, cùm ait defuncti pœnam extinctam esse, verè quidem defuncti pœnam hîc extinctam: quia quicquid vel fiat corpori vel bonis non sentit, nihil ob ea patitur, cùm mens absit, quæ diros sentiat ictus, vt dixit Ouidius Metamorph. libro quarto: vnde & Baruch cap. 6. quasi poßint sentire, qui non habent motum? inquit. potest & præter casum, quem diximus, iudex id facere, si sibi mortem quoquomodo consciuerit reus, vt nōnunquam fit l. penul. si reus vel acc. inf. c. placuit 23. q. 5 vnde & notare licet non semper publicè necatorum corpora concedenda cognatis, vel aliis petentibus, vt ea sepeliant: nec quod tradit Henric. Bottus in tractatu de synodo Par. 3. artic. 1. omnino iure obtinet, statutum videlicet episcopi excommunicans dimittentes corpora suspensorum in patibulis, non obstante consuetudine contraria, quæ nō valet c. quæsitum. 13. q. 2. in quo & Clauasius in summa, verbo, Eucharistia 3. §. 27. & Ioan. Forocorn. in cle. 1. de pœniten. & remiß. & totus tractatus de cadaueribus punitorū ff. de hócque Iacob Bolencus in repeti. §. fa-

Eius qui sibi mortem consciuit corpus suspēdi potest.

Decisiones nō sēper verè.

mosos.l.capitalium de pœn.ff.voluminis meciocris formæ fol.8.& Hierony.Cagnolus in l.pupillum.§.in hæredes.de reg.iur.ff.facítque de hæreticis decedentibus nominatim verba faciens Ioann.Arboreus theosophiæ lib.5.ca. vlt.Hæc verò de pertinaci verè & apertè, atque præsumpto,hoc est relapso hæretico. cũ ius notæ est & is qui manifestè in hæresi deprehensus, hoc est vel confessus vel conuictus c.contra.de hæret.in 6.non cõtinuò post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publicè consenserit abiurare,& satisfactionem congruã exhibere.textus est ad litteram in c.ad abolendam §.1.de hæret.tam apertus vt malè mihi facere videantur,qui vel prætextu humanitatis impudentissimos vel re ipsa calũniatores agũt,& quasi fautores hæresis.ego certè non possum vllo pacto tam apertum & rationi consentaneum textum non accipere vt sonat,vt ipse planissimè vult & præcipit. Igitur videtur omnino, vt non damnetur ab iudice ecclesiastico & seculari iudici relinquatur in hæresi deprehensus, oportere ipsum tacentem quidem moneri ab ipso iudice ec-

Deprehensus in hæresi,nec statim pœnitẽs vt pertinax hæreticus dãnandus.

Deprehensus in hæresi interrogandus an velit persistere.

clesiastico arg. l. 2. §. domini. de iis qui latro. occult. inf. ne dubium sit an patefacti facinoris verecundia & dolore taceat (cùm etiã legamus quosdam sancta vita pœnitentes peccatorum facies hominum fugisse, & diu non nominasse dignissimum nomen Iesu) cæterum eundem oportere profiteri statim se errasse, atque amplius errare nolle. quòd si vel conuictus negat se esse hæreticum, vel fuisse, vel talia dixisse vel fecisse, qualia dixisse vel fecisse legitimè conuincitur, & dicit se semper credidisse & credere omnino quæ credit & vult ecclesia: idem esse ac si apertè persisteret in errore, & tanquam pertinacem brachio seculari relinquendum, scitè latéque docet decisio rotæ antiqua sub titul. de hæreticis, 875. & nos fusius tradimus Syluæ iuris cap. 23. Statim autem accipi debere satis ex ipso textu videtur (cùm dicit: statim post deprehensionem) antequam diuertatur ad alios actus, si non mauis, sine interuallo, per tex. in l. 3. §. enim igitur. & ibi not. de vi & vi arma. ff. & in c. præterea de testib. cogen. omnem equidem aliam dilationem tolli, haud dubiè videtur ex notissima ipsius dictionis significatione, quæ habet, vt fiat id, de quo

Cõuictus hæreseos negãs se hæreticũ esse vel fuisse, vt hæreticus damnãdus.

Vox statim quomodo accipiẽda.

dicitur, sine vllo temporis interuallo, vt & docetur l. ædiles. §. sciẽdum. de ædil. edic. ff. c. prudentiam. §. sexta. de off. de leg. idque maximè cùm est geminata seu repetita iuxta l. Balista ad trebell. ff. quam dicit valdè sing. Alex. consil. 101. col. 6. ad hócque socy. consil. 65. col. vlt. Et tantum abest vt (mea quidem sententia) illud continuò, siue, statim, exponi poßit, non tradito iudici seculari (vt faciunt quidam) vt neque rear exponendum vsque ad sententiam, quemadmodum facit Gersonensis theologus dicens, hæreticum in puncto sententiæ proferendæ pertinaciam suã reuocare posse, ad hoc vt damnari iure nòn debeat & tradi iudici seculari. hoc est certè quod expreßim prohibet Imperator in l. illud suprà de sacro. eccl. quasi pietatis iure peruerso scilicet, & (quod dicitur) intempestiuo legum scita mutare, scire velle magis quàm legem: & quod vetat sacer Prouerbiographus cap. 30. addere verbis illius, vnde argui inueniríque mendacem. in quo & Marsil. nota. 389. & l. si furiosi. & ibi. Bald. de nupt. inf. etenim cæteris textibus, qui contrarij, & frustrare hanc rationem vidẽtur, non satis ad rem facientibus & loquentibus generaliter,

Geminatio magni momenti.

vtique irrefutabilis, facilis, vulgatáque ad multa responsio est, distinguẽdas res, distinguenda tempora, leges generaliter loquentes per illam legem distingui quæ non generaliter loquitur, quæ apertè & clarè loquitur, & consydera deprehensum manifestè in hæresi, durum esse tunc credere etiam statim conuerti animo, non metu pœnæ imminentis. si quidem ait Apostolus, ille qui magnitudine scientiæ & reuelationum, & multitudine experientiæ claruit, & nunc magis claret, scribens de iis qui semel baptizati, christiani effecti sunt & catholici, ad Hebræos capite sexto, Impoßibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritussancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. de quo & Hieronymus apud Gratianum in c. si enim. de pœnit. dis. 2. & huc concordat optimus text. in l. quarta circa fi. vbi notauimus, de summa trinitate & fide catholica suprà, & in c. non potest. 2. quæst. 7. & eodem pertinet quod dixit Christus Matthæi quinto in hunc modum: Si sal infatuatum fuerit, in quo condietur? ad nihil valet, nisi vt proiiciatur, &

Semel in hæresim delapsus vix vnquã reuocatur.

conculcetur ab hominibus. ad quem locum Papa Chromantius inquit: infatuari eos ostẽdit Christus, qui cùm semel per fidem & sapientiam cœlestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere, relicta fide & sapientia diuina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam gentium redeunt, malitia scilicet sua excæcati, & vel superbia inflati: de quibus vtique dicitur Psal. 106. errauerunt in solitudine, in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. ea enim solitudo superborum est quia solos sese reputant, solos appetunt censeri. litteratus est? odit socium. astutus in negotiis secularibus? neminem vellet sibi similem inueniri. Pecuniosus est? si ditescere viderit alterum, cruciatur. Fortis est, aut formosus? da ei parem, & contabescit. sic solitarius est, sed erroneus, erràtque in solitudine sua: nec tamen solus habitare poterit super terram. nec mirum quod solitudini huic inaquosum additur, vt dicatur in solitudine in inaquoso. sicut enim in solitudinibus aquæ deesse solent, & loca deserta sterilia quoque & arida esse consueuerunt, sic superbiam impœnitentia concomitatur. elatum enim cor, durum

& expers est pietatis, ignarum compunctionis, siccum ab omni rore gratiæ spiritalis, quia superbis Deus resistit, & non humiliatis, sed humilibus dat gratiam, ut appositè scripsit B. Bernhardus. Igitur & cõmodum inquit Ecclesiastes cap. 7. cõsidera opera Dei quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. nec ab re dicitur Matth. 21. qui ceciderit super lapidem (Christum scilicet seruata fide ipsum aliàs offendendo) confringi quidem nõ comminui: super quem verò ceciderit ille, fide scilicet destitutum, omnino euanidum conteri iuxta Bb. Chrys. & Thomã, multósque alios. Adhæc facit quod habet Plato epistola 8. ad Dionis propinquos: homines qui seipsos impio scelere polluerunt insanabiles esse, neque expiari vnquam à quoquam posse, id est (vt Ficinus exponit) nullum eis consilium profuturum esse. Et item quod Timotheus ait lib. qui inscribitur ad ecclesiam de iis qui non nisi morte ipsa malè agere desinunt, valde accommodum videtur hæretico, cuius delicto detecto, adeò vt omnino negari nequeat, certissima imminenti pœna renunciari videtur, ac per hoc necessitate non voluntate. Quare & tum videtur peccare, quãdo cessauerit delicto apertè

apertè hærere, quòd insidet menti. & quantum ad animum nec dum desiit, qui adhuc velit peccare, si posit. in quo &c. si sacerdos. & seq. de pœnit. dis. 1. & inde hæresis ab hærendo dicta est Taurino Corbelino, dialogo de sacrilegæ hæreseos lutheranæ occasu. Haud inscitè & appositè id quidem: & si verius est hæresim græcam vocem esse, à verbo αἱροῦμαι ortam. & huc, inquam, pertinet l. 4. de sum. tri. ibi. sed obduratum est cor eorũ. & plura in hoc à nobis annotata. Itaque licet hæc ita se habeant, tamen dissimulat ecclesia quæ cum sponso Christo non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, c. quia diuinitatis de pœni. dis. 1. extrauag. dudum. de schism. auth. vt non lux. cõtra natur. ob ídque meliorem præsumptionem eligit, cùm ait in d. c. ad abolendam. & cle. fi. ad fi. eo. ti. sponte: contempta scilicet & dissimulata verisimiliori præsumptione: quam cùm videt vel modica perseuerantia confirmari, & adhuc patefieri, non potest amplius dissimulare, & non amplecti prorsus. húcque facit c. vt officium. §. 1. eo. ti. in 6. porrò verò ideo manifestè deprehensus in hæresi & statim pœnitẽs, perpetuo carcere, vel aliâs gra-

Hæresis vnde dicitur.

Nota ratiocinationẽ.

Deprehẽsi in hæresi & statim pœnitẽtis pœna.

f. i.

uiùs punitur: & deinde quidem, si videatur verè pœnitens mutatur, seu mitigatur eius pœna.c.penult.§.si qui autē.eo.tit.in antiq.c. accusatus.in fi.c.vt cōmiss.§.nec non. eo.tit. in 6.possunt & tandē bona quæ ipso iure cōfiscata sunt eis restitui c.cū secūdū ll.eo.ti. in 6.c.vergētis.in ant.hæcque iuxta tex.ita accipiendū d.c.vt officiū eo.ti.in 6.de hísq; Fran. Scyll.c.27.insuper pœna est receptatorū defēsorū & fautorū hæreticorū, iuxta sententiam Ben.Syræ Hebræi, Hieremiæ prophetæ nepotis, quæ ita habet: væ malo, et væ illis qui adhærescūt ei. subiacēt enī anathemati c.sicut 1.c. excōmunicamus.1.§.credēces.eo.tit.in an. Cæterùm si vocati intra annum veniāt, & satisfactionē offerāt, abiurata hæresi, pœnitētiáque eis arbitrio iniūcta, absoluūtur.d.§.credētes.& §.qui autē.eo.ca.& Authentica hanc legē proximè seq.& c.accusatus.§. si verò.c. vt officiū. in princ.& ibi gloss.& Nic.Ber. in præf.repetitionis c.vt inquisitionis. propè finē, ibi.itē quomodo eo.ti.in sex.Item in hoc, si passus sit aliquis fieri conuēticula in domo sua vel prædio, expressa pœna est.de qua vide in l.conuenticula.de episc. & cle.sup.& in l. cūcti sup.eo.quā poterit in eo casu etiā impo-

Receptatorū defensorū fautorū hæreticorū pęna.

Passus fieri cōuēticula ī domo sua punitur.

nere inquisitor, arg. ca. 1. de oper. no. nũtia. cæterũ id intelligitur si scienter admittatur, vt etiã benè volunt omnes docẽtes, & tradit optimè Nic. Arel. nota. 45. quod manifestãt & textus loquẽtes de hisce hæreticorũ receptatoribus, defensoribus, & fautoribus. nã primùm habẽt, credẽtes, hoc est, sciẽtes, & ita accipitur & vide textus notatos in dd. ll. cũcti. & conuenticula. Et quòd credentes, accipiantur, sciẽtes, in omnibus capitulis manifestũ est, præter quàm in d. §. credẽtes eo. ti. in ant. & c. accusatus. §. sacerdotes et in c. vt inquisitionis. & c. cõstitutũ. §. 1. eo. ti. ĩ 6. vbi pro iis ea vox ponitur qui credunt illorũ erroribus. qui quidẽ à sacra scriptura per vestes designãtur: quoniã hæreticis cõcorditer inhærẽtes eorũ erroribus veluti vestibus inuoluũtur, vti tradit B. Gregor. in librũ Iob li. 2. ca. 19. ideóque tanquam hæretici iudicãtur, d. §. credẽtes. et si. quẽadmodũ & discẽtes vt rectè tradit gloß. ad l. quicũque. §. eos verò inf. eo. gloß. in dicto. §. credentes. cap. penul. eo. tit. in antiq. & vult Arelatensis in notabili 17. & quod mirum videbitur, etiam nouiter ad fidem conuersi, si sibi ab ecclesiæ præside Papa, dato quodam magistro, fortè ab eo peruersè instruantur, &

In iis sciẽtia sit oportet, vt pęna obtineat.

Credentes qui dicãtur

Credentes erroribus hæreticorũ, & discẽtes ab eis, vt hęretici dãnantur.

illi ſcilicet hæreãt etiam admoniti.in iis enim maximè moralibus quæ ſunt luminis naturalis(in quibus etiam non admoniti peccarẽt & foro conſcientiæ tenerentur) admoniti omnino hoc eodem iure cenſentur, vt docet Zaba.in cle.1.§.ſanè.q.2.de vſur.porrò præſumitur in illis ignorantia,ſi non probetur ſcientia præcipuè cum receptatio ſit per ſe bona & laudabilis admodum : quia natura inter nos coniunctionem quandam conſtituit : nec hominis vocabulo digni ſunt,qui eam non ex animo præſtant peregrino præcipuè & egenti.quod ius hoſpitalitatis ſcilicet maximi olim factum eſt,non ſolum in peculiari illo populo Dei cœleſti manna enutrito, verumetiã apud Ethnicos , vt multis conſtat, & adnotat paraphraſtes Heſiodi in primo operũ. atqui nihilominus ceſſat illa ignorantiæ præſumptio in notorio, & fama publicato,& in facto proprio,& in facto vicini, & in facto conſanguinei,vt docemur c.decreuit, & ibi Archid.& Ioan.And.eo.tit.in 6.Bal.in l.ſi quis.§.ſi quiſquam.ad Sylla.ff. & in conſil. 283.tomo.1.& conſil.391.& conſil.434. to. 5.Pan.in c.paſtoralis.de exce.Accurſ.Bar.& Ang.ad l.1.de recept.ff.Doc.ad l.1.de iis qui

Præſumitur in receptatione hæretici & huiuſmodi abeſſe ſciẽtiã hęreſis.

Quando ceſſet illa ignorãtiæ præſũptio.

latro.occul.inf.& ad cap.ignorantia. de reg. iur.in 6.& omnino per Iacob.à S.Georgio in l.quicunque.de ser.fugit.inf. deinceps in hoc crimine non puto excusari quapiam necessitudine quemquam:nec obest primùm lex. 2. de recepta.ff.per rationem c.vergentis.de hæret.& hoc vult gloss.in c.excommunicamus. 1.§.credentes.eo.tit.& Grillan. lib.de hæret. q.9. præterea ad hoc est bonus tex.in c.legi. 23.q.8.atque ita huc maximè pertinet quod Ben Syra Hebræus in sententiis moralibus inquit:bonum malo ne facias,hinc malum nõ eueniet tibi.& similiter habet Isocrates ad Dæmon.Ad hæc satis verisimile est,ius canonicum dictione receptatoris vsum, non quasi frequentatiua,hoc est, vt plures receptiones desyderet,sed vt desyderet quidem aliquem tractum.l.Fulcinius.§.latitare quib.ex caus. in poss.ea ff.eritque illud animaduertendum, vt pro modo fautionis & culpæ,pœna seu pœnitentia statuatur & siue leuius siue grauius procedatur c.frater.17.q. 4.c.vide benignũ & c.quis aliq.de pœnit.dis.1.cum si. & bono tex.in proposito omnino cap. accusatus.§. sacerdotes.de hæret.in 6.vbi habetur inquisitorem fidei posse facere vt monitus statim

Nulla con iũctio sanguinis,vel alia excuset recepta torem, vel aliâs fautorem hæretici.

Receptatio quæ prohibita intelligatur.

Pro modo fautionis quisque puniendus.

Lombardi, Almaricũ hæresiarcham mortuũ, exhumatũ, & eius cinerem ac ossa per sterquilinium dispersa Et in vita Bonifacij octaui pontificis maximi narratur, eius iussu exhumatum & combustum Hermani cuiusdam ex fratricellorum hæreticorum grege corpus, iam viginti annis habitum pro sancto apud Ferrarienses. & in libro qui inscribitur, Discipulus, inter multa exempla similia & bella quidem, habetur, cuiusdam eiusmodi corpus vulgo sanctum habitum ab inquisitore fidei cum episcopo Brixiensi exhumari iussum, ac comburi, aliquandiu à dæmonibus malis in aëre subleuatum, demum verò corporis Christi præsentia in ignem delapsum, & absumptum. Certè & ciuitas iam olim lege veteris scilicet instrumenti mandatur exuri, gladio cæsis eius habitatoribus alienorum deorum sectatoribus. quod multo magis nostro tempore post aduentum Christi (qui nos & verbis & factis hortatus est vti in vera religione persisteremus) seruandum docuit B. Cyprianus apud Gratianum c. si audieris 23. q. 5. vnde ibi gloss. & Bonifa. Vitalinus in opere crimi. tit. quis alium poss. offend. & tit. de crimi. hæres. notant, ciuitatem totam, in-

Ciuitas impiorum exurenda.

qua sunt hæretici, posse exuri. quod vel maximè ob perseuerans, & quosque lædens malum alioquin vt videtur irremediabile, legitimè & quàm citò fieri oportet in luculento ἀτῆς domicilio, & plenißima hæresis officina geneua. Ceterùm illud iure fit propter atrocitatẽ sceleris: quod & alioquin post mortẽ persequitur lex, textu hoc, etc. accusatus. §. in eo vero. eo. ti. in 6. c. sanè 24. q. 2. Gõdisal. q. 22. Lucan. tracta. de priu. fisc. in quibus cas. ven. bo. fisc. appl. ca. 22. Bellam. decis. 677. & tribus seq. Io. Igne. in dispu. incipien. cùm me legẽte. col. 42. vbi et latè docetur, id nõ fieri aliâs in delictis. vnde Alex. in additio. ad Bart. in l. defuncto. de public. iudic. ff. taxat iudices, qui iubent suspendi cadauera damnatorum quãquam ibidem Ioan. ipse etiam Forocornel. post Bal. in l. 2. qui test. fac. poß. inf. & post hos Marsil. in l. fi. col. 6. de quæstio. ff. aiunt illud in arbitrio iudicis esse, & ego puto quòd iudex id facere poßit, ob potißimam illam rationem (quam memorauimus suprà) pœnas scilicet maximè infligi ob cæterorum terrorẽ: siquidem iam lata sit in eum sententia, nec appelletur. & hoc innuit lex vltima, si reus vel accusat. mor. fuer. inf. iuxta quam cæteræ

Geneua.

An damuatorũ corpora suspẽdenda.

ſimiles intelligendæ ſunt,ac ipſa lex defuncto, qua innititur Alex. cui etiam aliter reſponderi poteſt,cùm ait defuncti pœnam extinctam eſſe, verè quidem defuncti pœnam hîc extinctam:quia quicquid vel fiat corpori vel bonis non ſentit,nihil ob ea patitur, cùm mens abſit,quæ diros ſentiat ictus, vt dixit Ouidius Metamorph. libro quarto:vnde & Baruch cap.6.quaſi poßint ſentire, qui non habent motum?inquit. poteſt & præter caſum, quem diximus,iudex id facere, ſi ſibi mortem quoquomodo conſciuerit reus,vt nõnunquam fit l.penul.ſi reus vel acc.inf.c.placuit 23.q.5 vnde & notare licet non ſemper publicè necatorum corpora concedenda cognatis, vel aliis petentibus, vt ea ſepeliant: nec quod tradit Henric.Bottus in tractatu de ſynodo Par.3.artic.1.omnino iure obtinet,ſtatutum videlicet epiſcopi excommunicans dimittentes corpora ſuſpenſorum in patibulis, non obſtante conſuetudine contraria, quæ nõ valet c.quæſitum.13.q.2.in quo & Clauaſius in ſumma,verbo,Euchariſtia 3.§.27. & Ioan.Forocorn.in cle.1. de pœniten. & remiß. & totus tractatus de cadaueribus punitorũ ff.de hócque Iacob Bolencus in repeti.§.fa-

Eius qui ſibi mortem conſciuit corpus ſuſpẽdi poteſt.

Deciſiones nõ ſẽper verè.

mosos.l.capitalium de pœn.ff.voluminis meciocris formæ fol.8.& Hierony.Cagnolus in l.pupillum.§.in hæredes.de reg.iur.ff.facítque de hæreticis decedentibus nominatim verba faciens Ioann.Arboreus theosophiæ lib.5.ca. vlt.Hæc verò de pertinaci verè & apertè, atque præsumpto,hoc est relapso hæretico. cu ius notæ est & is qui manifestè in hæresi deprehensus, hoc est vel confessus vel conuictus c.contra.de hæret.in 6.non cõtinuò post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publicè consenserit abiurare,& satisfactionem congruã exhibere.textus est a d litteram in c.ad abolendam §.1.de hæret.tam apertus vt malè mihi facere videantur,qui vel prætextu humanitatis impudentißimos vel re ipsa calũniatores agũt,& quasi fautores hæresis.ego certè non possum vllo pacto tam apertum & rationi consentaneum textum non accipere vt sonat,vt ipse planißimè vult & præcipit. Igitur videtur omnino, vt non damnetur ab iudice ecclesiastico & seculari iudici relinquatur in hæresi deprehensus, oportere ipsum tacentem quidem moneri ab ipso iudice ec-

Deprehensus in hæresi,nec statim pœnitẽs vt pertinax hæreticus dãnandus.

Deprehensus in hæresi interrogandus an velit persistere.

clesiastico arg. l. 2. §. domini. de iis qui latro. occult. inf. ne dubium sit an patefacti facinoris verecundia & dolore taceat (cùm etiã legamus quosdam sancta vita pœnitentes peccatorum facies hominum fugisse, & diu non nominasse dignissimum nomen Iesu) cæterum eundem oportere profiteri statim se errasse, atque amplius errare nolle. quòd si vel conuictus negat se esse hæreticum, vel fuisse, vel talia dixisse vel fecisse, qualia dixisse vel fecisse legitimè conuincitur, & dicit se semper credidisse & credere omnino quæ credit & vult ecclesia: idem esse ac si apertè persisteret in errore, & tanquam pertinacem brachio seculari relinquendum, scitè latéque docet decisio rotæ antiqua sub titul. de hæreticis, 875. & nos fusius tradimus Syluæ iuris cap. 23. Statim autem accipi debere satis ex ipso textu videtur (cùm dicit: statim post deprehensionem) antequam diuertatur ad alios actus, si non mauis, sine interuallo, per tex. in l. 3. §. enim igitur. & ibi not. de vi & vi arma. ff. & in c. præterea de testib. cogen. omnem equidem aliam dilationem tolli, haud dubiè videtur ex notissima ipsius dictionis significatione, quæ habet, vt fiat id, de quo

Cõuictus hæreseωs negãs se hæreticũ esse vel fuisse, vt hæreticus damnãdus.

Vox statim quomodo accipiẽda.

dicitur, sine vllo temporis interuallo, vt & docetur l. ædiles. §. sciẽdum. de ædil. edic. ff. c. prudentiam. § sexta. de off. de leg. idque maximè cùm est geminata seu repetita iuxta l. Balista ad trebell. ff. quam dicit valdè sing. Alex. consil. 101. col. 6. ad hócque socy. consil. 65. col. vlt. Et tantum abest vt (mea quidem sententia) illud continuò, siue, statim, exponi poßit, non tradito iudici seculari (vt faciunt quidam) vt neque rear exponendum vsque ad sententiam, quemadmodum facit Gersonensis theologus dicens, hæreticum in puncto sententiæ proferendæ pertinaciam suã reuocare posse, ad hoc vt damnari iure non debeat & tradi iudici seculari. hoc est certè quod expreßim prohibet Imperator in l. illud suprà de sacro. eccl. quasi pietatis iure peruerso scilicet, & (quod dicitur) intempestiuo legum scita mutare, scire velle magis quàm legem: & quod vetat sacer Prouerbiographus cap. 30. addere verbis illius, vnde argui inueniríque mendacem. in quo & Marsil. nota. 389. & l. si furiosi. & ibi. Bald. de nupt. inf. etenim cæteris textibus, qui contrarij, & frustrare hanc rationem vidẽtur, non satis ad rem facientibus & loquentibus generaliter, Geminatio magni momenti.

vtique irrefutabilis, facilis, vulgatáque ad multa responsio est, distinguẽdas res, distinguenda tempora, leges generaliter loquentes per illam legem distingui quæ non generaliter loquitur, quæ apertè & clarè loquitur, & consydera deprehensum manifestè in hæresi, durum esse tunc credere etiam statim conuerti animo, non metu pœnæ imminentis. siquidem ait Apostolus, ille qui magnitudine scientiæ & reuelationum, & multitudine experientiæ claruit, & nunc magis claret, scribens de iis qui semel baptizati, christiani effecti sunt & catholici, ad Hebræos capite sexto, Impoßibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritussancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. de quo & Hieronymus apud Gratianum in c. si enim. de pœnit. dis. 2. & huc concordat optimus text. in l. quarta circa fi. vbi notauimus, de summa trinitate & fide catholica suprà, & in c. non potest. 2. quæst. 7. & eodem pertinet quod dixit Christus Matthæi quinto in hunc modum: Si sal infatuatum fuerit, in quo condietur? ad nihil valet, nisi vt proiiciatur, &

Semel in hæresim delapsus vix vnquã reuocatur.

conculcetur ab hominibus. ad quem locum Papa Chromantius inquit: infatuari eos ostēdit Christus, qui cùm semel per fidem & sapientiam cœlestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere, relicta fide & sapientia diuina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam gentium redeunt, malitia scilicet sua excæcati, & vel superbia inflati: de quibus vtique dicitur Psal. 106. errauerunt in solitudine, in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. ea enim solitudo superborum est quia solos sese reputant, solos appetunt censeri. litteratus est? odit socium. astutus in negotiis secularibus? neminem vellet sibi similem inueniri. Pecuniosus est? si ditescere viderit alterum, cruciatur. Fortis est, aut formosus? da ei parem, & contabescit. sic solitarius est, sed erroneus, errátque in solitudine sua: nec tamen solus habitare poterit super terram. nec mirum quod solitudini huic inaquosum additur, vt dicatur in solitudine in inaquoso. sicut enim in solitudinibus aquæ deesse solent, & loca deserta sterilia quoque & arida esse consueuerunt, sic superbiam impœnitentia concomitatur. elatum enim cor, durum

& expers est pietatis, ignarum compunctionis, siccum ab omni rore gratiæ spiritalis, quia superbis Deus resistit, & non humiliatis, sed humilibus dat gratiam, vt apposite scripsit B. Bernhardus. Igitur & cõmodum inquit Ecclesiastes cap. 7. cõsidera opera Dei quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. nec ab re dicitur Matth. 21. qui ceciderit super lapidem (Christum scilicet seruata fide ipsum aliâs offendendo) confringi quidem nõ comminui: super quem verò ceciderit ille, fide scilicet destitutum, omnino euanidum conteri iuxta Bb. Chrys. & Thomã, multósque alios. Adhæc facit quod habet Plato epistola 8. ad Dionis propinquos: homines qui seipsos impio scelere polluerunt insanabiles esse, neque expiari vnquam à quoquam posse, id est (vt Ficinus exponit) nullum eis consilium profuturum esse. Et item quod Timotheus ait lib. qui inscribitur ad ecclesiam de iis qui non nisi morte ipsa malè agere desinunt, valde accommodum videtur hæretico, cuius delicto detecto, adeò vt omnino negari nequeat, certissima imminenti pœna renunciari videtur, ac per hoc necessitate non voluntate. Quare & tum videtur peccare, quãdo cessauerit delicto

apertè

aperte hærere, quod insidet menti. & quantum ad animum nec dum desiit, qui adhuc velit peccare, si possit. in quo &c. si sacerdos. & seq. de pœnit. dis. 1. & inde hæresis ab hærendo dicta est Taurino Corbelino, dialogo de sacrilegæ hæreseos lutheranæ occasu. Haud inscite & apposite id quidem: & si verius est hæresim græcam vocem esse, à verbo αἱρεῦμαι ortam. & huc, inquam, pertinet l. 4. de sum. tri. ibi. sed obduratum est cor eorũ. & plura in hoc à nobis annotata. Itaque licet hæc ita se habeant, tamen dissimulat ecclesia quæ cum sponso Christo non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, c. quia diuinitatis de pœni. dis. 1. extrauag. dudum. de schism. auth. vt non lux. cõtra natur. ob idque meliorem præsumptionem eligit, cùm ait in d. c. ad abolendam. & cle. fi. ad fi. eo. ti. sponte: contempta scilicet & dissimulata verisimiliori præsumptione: quam cùm videt vel modica perseuerantia confirmari, & adhuc patefieri, non potest amplius dissimulare, & non amplecti prorsus. húcque facit c. vt officium. §. 1. eo. ti. in 6. porrò verò ideo manifestè deprehensus in hæresi & statim pœnitẽs, perpetuo carcere, vel aliâs gra-

Hæresis vnde dicitur.

Nota ratio ciuationẽ.

Deprehẽsi in hæresi & statim pœnitẽtis pœna.

uiũs punitur: & deinde quidem, si videatur verè pœnitens mutatur, seu mitigatur eius pœna. c. penult. §. si qui autẽ. eo. tit. in antiq. c. accusatus. in fi. c. vt cõmiß. §. nec non. eo. tit. in 6. possunt & tandẽ bona quæ ipso iure cõfiscata sunt eis restitui c. cũ secũdũ ll. eo. ti. in 6. c. vergẽtis. in ant. hæcq́ue iuxta tex. ita accipiendũ d. c. vt officiũ eo. ti. in 6. de hísq; Fran. Scyll. c. 27. insuper pœna est receptatorũ defẽsorũ & fautorũ hæreticorũ, iuxta sententiam Ben. Syræ Hebræi, Hieremiæ prophetæ nepotis, quæ ita habet: væ malo, et væ illis qui adhæ rescũt ei. subiacẽt enĩ anathemati c. sicut 1. c. excõmunicamus. 1. §. credẽtes. eo. tit. in an. Cæterùm si vocati intra annum veniãt, & satisfactionẽ offerãt, abiurata hæresi, pœnitẽtiá que eis arbitrio iniũcta, absoluũtur. d. §. credẽtes. & §. qui autẽ. eo. ca. & Authentica hanc legẽ proximè seq. & c. accusatus. §. si verò. c. vt officiũ. in princ. & ibi gloß. & Nic. Ber. in præf. repetitionis c. vt inquisitionis. propè finẽ, ibi. itẽ quomodo eo. ti. in sex. Item in hoc, si passus sit aliquis fieri conuẽticula in domo sua vel prædio, expressa pœna est. de qua vide in l. conuenticula. de epis. & cle. sup. & in l. cũcti sup. eo. quã poterit in eo casu etiã impo-

Receptatorũ defensorũ fautorũ hæreticorũ pęna.

Passus fieri côuẽticula ĩ domo sua punitur.

nere inquisitor, arg. ca. 1. de oper. no. nũtia. cæterũ id intelligitur si scienter admittatur, vt etiã benè volunt omnes docẽtes, & tradit optimè Nic. Arel. nota. 45. quod manifestãt & textus loquẽtes de hisce hæreticorũ receptatoribus, defensoribus, & fautoribus. nã primùm habẽt, credẽtes, hoc est, sciẽtes, & ita accipitur & vide textus notatos in dd. ll. cũcti. & conrenticula. Et quòd credentes, accipiantur, sciẽtes, in omnibus capitulis manifestũ est, præter quàm in d. §. credẽtes eo. ti. in ant. & c. accusatus. §. sacerdotes et in c. vt inquisitionis. & c. cõstitutũ. §. 1. eo. ti. ĩ 6. vbi pro iis ea vox ponitur qui credunt illorũ erroribus. qui quidẽ à sacra scriptura per vestes designãtur: quoniã hæreticis cõcorditer inhærẽtes eorũ erroribus veluti vestibus inuoluũtur, vti tradit B. Gregor. in librũ Iob li. 2. ca. 19. ideóque tanquam hæretici iudicãtur, d. §. credẽtes. etsi. quẽadmodũ & discẽtes vt rectè tradit gloss. ad l. quicũque. §. eos verò inf. eo. gloss. in dicto. §. credentes. cap. penul. eo. tit. in antiq. & vult Arelatensis in notabili 17. & quod mirum videbitur, etiam nouiter ad fidem conuersi, si sibi ab ecclesiæ præside Papa, dato quodam magistro, fortè ab eo peruerse instruantur, &

In iis sciẽtia sit oportet, vt pœnã obtineat.

Credentes qui dicãtur

Credentes erroribus hæreticorũ, & discẽtes ab eis, vt hæretici dãnantur.

illi scilicet hæreāt etiam admoniti. in iis enim maximè moralibus quæ sunt luminis naturalis (in quibus etiam non admoniti peccarēt & foro conscientiæ tenerentur) admoniti omnino hoc eodem iure censentur, vt docet Zaba. in cle. 1. §. sanè. q. 2. de vsur. porrò præsumitur in illis ignorantia, si non probetur scientia præcipuè cum receptatio sit per se bona & laudabilis admodum: quia natura inter nos coniunctionem quandam constituit: nec hominis vocabulo digni sunt, qui eam non ex animo præstant peregrino præcipuè & egenti. quod ius hospitalitatis scilicet maximi olim factum est, non solum in peculiari illo populo Dei cœlesti manna enutrito, verumetiā apud Ethnicos, vt multis constat, & adnotat paraphrastes Hesiodi in primo operū. atqui nihilominus cessat illa ignorantiæ præsumptio in notorio, & fama publicato, & in facto proprio, & in facto vicini, & in facto consanguinei, vt docemur c. decreuit, & ibi Archid. & Ioan. And. eo. tit. in 6. Bal. in l. si quis. §. si quisquam. ad Sylla. ff. & in consil. 283. tomo. 1. & consil. 391. & consil. 434. to. 5. Pan. in c. pastoralis. de exce. Accurs. Bar. & Ang. ad l. 1. de recept. ff. Doc. ad l. 1. de iis qui

Præsumitur in receptatione hæretici & huiusmodi abesse sciētiā hęresis.

Quando cesset illa ignorātiæ præsūptio.

latro.occul.inf.& ad cap.ignorantia. de reg. iur.in 6.& omnino per Iacob.à S.Georgio in l.quicunque.de ser.fugit.inf. deinceps in hoc crimine non puto excusari quapiam necessitudine quemquam:nec obest primùm lex. 2. de recepta.ff.per rationem c.vergentis.de hæret.& hoc vult gloss.in c.excommunicamus. 1.§.credentes.eo.tit.& Grillan. lib.de hæret. q.9. præterea ad hoc est bonus tex.in c.legi. 23.q.8.atque ita huc maximè pertinet quod Ben Syra Hebræus in sententiis moralibus inquit:bonum malo ne facias,hinc malum nō eueniet tibi.& similiter habet Isocrates ad Dæmon.Ad hæc satis verisimile est,ius canonicum dictione receptatoris vsum, non quasi frequentatiua,hoc est, vt plures receptiones desyderet,sed vt desyderet quidem aliquem tractum.l.Fulcinius.§.latitare quib.ex caus. in poss.ea ff.eritque illud animaduertendum, vt pro modo fautionis & culpæ,pœna seu pœnitentia statuatur & siue leuius siue grauius procedatur c.frater. 17.q. 4.c.vide benignū & c.quis aliq.de pœnit.dis.1.cum si. & bono tex.in proposito omnino cap. accusatus.§. sacerdotes.de hæret.in 6.vbi habetur inquisitorem fidei posse facere vt monitus statim

Nulla coniūctio sanguinis,vel alia excuset receptatorem, vel aliàs fautorem hæretici.

Receptatio quæ prohibita intelligatur.

Pro modo fautionis quisque puniendus.

capiatur, etiam clericus fautor. ex quo notare licet bonam cautelam pro amico fortè in hãc fautionem lapso: vt si monitus adire iudicem noluerit, mox eius decreto capiatur, & inde persuasus æquo animo satisfactionem offerat inquisitori: ne si monitus per annum sustineat excommunicationem, veluti hæreticus iudicetur. quod ius est expressum de eiusmodi in d. ca. excõmunicamus. 1. §. credentes. eo. ti. in ant. & authen. credentes. inf. eo. & iuxta hoc quidem intelligendum puto cap. si aduersus eo. in antiqu. demonstrante & textu ipso cùm ait plus timeri solere quod specialiter iniungitur: & vide ibi Pan. & Felin. & Syllacen. in suo tractatu. cap. 55. Est & quoddam genus receptationis, defensionis, & fautionis hæreticorum, cùm domini temporales moniti ab ecclesia suam terrã purgare, negligunt hæretica prauitate. tales certè & defensores dici possunt, vti scripsit Archidia. in c. quicunque de hær. in 6. quorum pœna exprimitur authen. seq. & c. excõ. 1. §. si verò dominus eo. tit. in antiq. & simile est quod de episcopo legitur in eo ipso ca. excommunic. §. volumus. tandémque sciendum est crimen hæresis hoc iure ciuili vltimo esse

Notanda cautela.

Quando fautor vt hæreticus iudicãdus.

Fautionis, receptationis, & defẽsionis species.

merè ecclesiasticum quidem quantum ad clericum attinet, at quantum ad laicum attinet quodammodo mistum, ita vt de eo cognoscat & iudicet præses prouinciæ cum episcopo, vt sunt textus cum suis glossis in auth. de sanctiss. episcop. §. si quis contrà ad fi. & in auth. vt cleric. apud propri. episcop. §. si verò ecclesiasticum. & in auth. de mand. princ. §. neque occasione. qui textus in hac re præcipuus, quondam totus & Græcè & Latinè editus, nunc nec Græcè nec Latinè satis integer legitur, vel emendatus, vt apparet. porrò posteriori eáque summi ecclesiæ præsidis sanctione, clarissima (vt mittam alia) de hæreticis, defensoribus, receptatoribus, fautoribus, & generaliter de quibuscunque pro crimine hæresis impetitis, debere omnino cognoscere & statuere iudicē ecclesiasticū, episcopū, siue inquisitorem fidei, non autem dominos tēporales, nisi vel ad vnius eorū mandatū, cauetur specialiter in c. vt inquisitionis. de hær. in 6. quē malè causátur nō receptū in Frācia quidā vt docet ibi Nicol. Bertr. quāquam nihilominus à vulgatis ecclesiæ præceptionibus ex animo recedētes, & illis, ob ídque principis dudū de ea re iussis aduersantes, ac inde, vel maxi-

Crimē hęresis iure ciuili partim merè ecclesiasti cū partim mistum.

Hæresis iure canonico posteriori planè ecclesiasti cū crimen.

Quādo hęreticus statim à profanis tātū iudicibus puniatur.

mè cum hoc planè ſcandalo ſeu commotione quapiã, aut etiam blaſphemia grandi & graui implicita, maximè ſecuritatem publicam (quæ fundamento fidei & religionis inuiolatæ innititur) lædẽtes laici, tãquam ſchiſmatici, rebelles, ſacrilegi, & ſeditioſi, & vel ita ſimul cum hæreſi eiuſmodi blaſphemi maximi & impudentes: atque ſic iam à iudicij eccleſiaſtici neceßitate, & onere, & occupatione, magis quàm poteſtate & iuriſdictione, præcipuè inquiſitoris, apud nos (qui & regius eſt & quodammodo præſidalis, ac magis quàm præſidalis) exempti, quamprimùm vel ex inquiſitionibus per eccleſiaſticos factis tales omnino & duntaxat apparent, à præſide prouinciæ iure noſtro diſtringuũtur, ac certè cõmuni, vt ſatis probatur c. circumcelliones. 23.q.5.l.damnato.ad fi.inf.eo.l.1.de cri.ſacr. inf.l.1.ad l.Iul. mai.ff. cum vera ſcilicet ibi à Budæo tradita interpretatione. tracta. de ſeditioſ.inf. auth. vt non luxur. cont. nat.c. ſtatuimus de maledi.c.accuſatus §.ſanè c.ſtatutum ciuitatis.c.vt officiũ.§.fi. & ibi doc. de hæ.in 6.l.fi.& l.1.& ibi Angel.cũ gloß. in verbo, ſolus. vbi & apud quem cog. infr. cum ſi. & vulgatis. Vnde & conſequens eſt,

Inquiſitoris ampliſſimus magiſtratus.

si aliâs existit & concurrit cum hæresi laici in non vulgatis ecclesiæ præceptionibus cõsistēte, & ita egente imprimis ecclesiastici iudicis declaratione quadã, scandalũ, & cõmotio publica, cõcurrere in hoc cũ ecclesiastico iudicio præsidis prouinciæ districtionē, atque ita quidē obtinere notata in d. §. neque occasione auth. de mã. prin. nec non in d. l. 1. de cri. sacr. inf. de quo Syuæ nostræ c. 98. et alibi latius. atq; huc ptinēt notata post principiũ l. fi. eo. inf.

Quãdo in hereticum concurrat cũ ecclesiastico iudice profani animaduersio.

Authentica.

SI verò dominus.) *Huc facit Baptista à S. Blasio in tracta. correlatiuorũ par. 5. vers. 22. et Cuneus Salic. Cast. in l. si quis presbyter. de epis. & cle. sup. Et notare licet hũc textũ maximè ad id quod exprimit Bal. in l. 1. de emãc. li. inf. & confirmat Cors. in tra. de pot. & exc. reg. q. 79. quòd rex Christianus factus hæreticus vel paganus perdit regnum, ídque efficitur occupãtis. & hoc eodem textu illud est intelligendum, vt saluum tamen sit ius domino principali. Vnde si rex noster tale quoddam regnum sic acquireret, licet quo ad suum hoc regnum neminem agnoscat in temporalibus superiorem*

Rex hæreticus perdit regnũ, ídque efficitur occupãtis saluo iure superioris.

vulgato cap.per venerabilẽ.qui fil.ſ.l. tamẽ quo ad id, eum agnoſceret, quẽ rex ille factus infidelis agnoſcebat. in quo & notata ad l.ſi intra.de nõ num.pec.inf.ſicq́ue quilibet Chriſtianus poteſt recuperare ſibi vrbes & caſtra alicuius principis Chriſtiani detẽta per hæreticos, vbi ille princeps fidelis negligẽs eſſet in ipſis recuperãdis, vt tradit Card. Alex. in d. c.per venerabilẽ.qui fil.ſint legit.ex Alberico Roſato hîc, quẽ nobis nũc nõ licuit videre. & in hoc eſt hic ipſe textus planus. in quem item vide quod ſcripſimus in l.quicunque. inf.eo.

Chriſtianus quilibet poteſt ſibi recuperare terrã alterius chriſtiani negligentis, ab hæreticis detentam.

LEX QVINTA.

Arriani qui.

ARriani.) *Hi quidem vt alij multi hæretici valde noti ſunt vel ex c.quidam.24.q.3. atqui mox hoc ipſo etiam textu plurimorũ item nomina exprimũtur, haud cogni tu vel repertu alibi facilia. & primùm quidem Semiarrianos commeminit lib.de hæreſibus B.Ioann.Damaſcenus, ſcribens hæreticos eſſe, qui Chriſtum, & ſi Deum fatentur, tamen etiam creaturam diſsimulanter dicunt, ſimilitérque ſpiritumſanctum. porrò ſic Macedoniani à Macedonio autore, iuxta & legẽ ſequentem (quæ hæreticos ab autore hæreſis,*

Semiarriani.

Macedoniani.

cuius dicuntur, nominari vult) dicti primùm, pneumatomachi græco vocabulo appellantur rectissimè, non Pneumachomaci, aut etiam pneumachomacoci, vt apud Bernhard. Lucẽburg. in cathalogo hæreticorum, quòd scilicet spiritui sancto aduersentur, & pugnẽt quodãmodo aduersus spiritũ sanctum, dũ ipsum negant esse Deũ. qui in Nicea Bithiniæ dãnati sunt & Cõstãtinopolitana sequẽte synodo, expreßim notati (sicuti hîc) pneumatomachi, id est spiritui resistentes, vt & habet Caßiodorus trip. hist. li. 5. ca. 41. & li. 9. c. 4. de quibus & B. Io. Damasc. Pneumatomachi (inquit) id est cum spiritu bellantes, aut spiritus hostes, à Macedoniano spiritus hoste nominati sunt. hi de Christo rectè sentiũt: spiritũ autem contumelijs vexant. eum enim ita creatum fuisse asserunt, vt à diuinitate prodiisse negent, aut potius eum dicant per actionem impropriè creatum, cùm ex sola vi cõstet (vt aiũt) quæ apta sit ad procreandam sanctitatem. à quibus orti sunt ij qui Montani vocantur. qui & Montanistæ dicuntur, à Montano, de quo adhuc infra. dein Sebatianos esse, qui & Nouatiani dicũtur à Nouato cognitißimo hæretico, ipse textus huius legis indicat. atqui

Pneumatomachi.

Montanistæ.
Sebatiani.
Nouatiani

vnde dicti sint Sebatiani non ita protinus apparet, nec passim hæc vox aut illi similis reperitur. sed certè Bernhardus Lucemburgensis Sebatianos hæreticos memorat, aiens, equidem dictos ab vno de Messalianorum principibus, qui nuncupabatur Sebas: & hos obseruatores somniorum esse, labores manuum refugientes, & sacramentum eucharistiæ contemnentes. nec dubium eos aliud quoddam cacodæmonicum amplexos. vnde & euthusiastæ, id est sacrificatores, atque orantes dicti sunt, vt est videre historiæ tripertitæ lib. 7. cap. 11. & apud B. Ioannem Damascenum multa de iis scribentem. de quibus adhuc infrà. Docet quoque Lucembur. Sabbatianos dictos vnos quidem à quodam Sabbatio, qui cũ Sabbatiani. *factus esset Christianus retinebat sectam, atque alteros ab alio Sabbatio quodam. Et de primo mentionem factam inuenio triper. hist. libr. 9. cap. 37. & libr. 11. cap. 5. vbi apposite Nouatianæ sectæ factus, eam diuisisse, & sequacium suorum ordinatus episcopus dicitur, & inde Sabbatianorum secta. vnde vide ne hi sint dicendi Sabbatiani. de altero verò memoria agitur eiusdem historiæ lib. 12. cap. 4. vbi is dicitur defuncto Barba Arrianorum*

episcopo ordinatus eius loco. Porrò Papianistæ dicũtur forsan à Papia Hieropolitano episcopo, Ioannis Euangelistæ auditore & Polycarpi condiscipulo. de quo multa Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. 3. cap. vlt. quem tamẽ & Alphonsus Castr. antihæresum lib. 1. innuit errori suo renuntiasse, & Ioan. Picus in apologia sua q. 7. scribit vel imprudentem in errore decessisse, & canonizatum ab ecclesia esse. vnde propiùs ab errore, non in hæresim vsque ab autore probato, qui illum omnino amplexi sunt hæretici Chiliastæ sunt dicti, quòd post mille annos Christum denuò in carne cum electis regnaturum Iudaicè arbitrarẽtur, vt B. Hierony. ac Trithemius referunt. Lucemburg. autem in sua hæreticorum nomẽclatura, Papianistas ait esse de secta Manichæorum ponentiũ principia duo. Deinceps Phryges ac Pepuzitæ iidem videntur ex hoc ipso textu, qui Montanistæ dicti sunt, & Priscillianistæ: hos Tertullianus secũdum Phrygas, Cataphrygas cæteri vocant. quorum autores fuerunt Montanus tanquam paracletus, & duæ prophetissæ ipsius Prisca & Maximilla. & his nomen Phrygia prouincia dedit, quia ibi extiterunt, ibique vixerunt. secundas nu-

Papianistæ. Chiliastæ. Phryges. Priscillianistæ. Cataphryges.

ptias pro fornicationibus habueruut: & ideo dixerunt eas permisisse apostolum Paulum, quia ex parte sciebat & ex parte prophetabat: nec dum venisse in eo quod perfectum est in Montano & prophetis eius. & sic aduentum spiritussancti à domino promissum in se potius, quàm in apostolis redditum insaniuerunt: sacramenta item habuerunt funesta. ab his Pepuzitæ siue Pepuziani à Pepuza ciuitate seu villa vocantur, in qua nẽpe Montanus & prædictæ mulieres vixerunt: quam ideo Hierusalem vocant. & eadem scilicet, quæ Phryges fecerunt sacramẽta. apud quos & mulieres sacerdotio honorabantur: quoniam putabant in ea ciuitate, Quintillæ & Priscillæ mulieribus eorũ Christum specie fœminæ reuelatum. Vnde & ab illa, Quintilliani, & ab hac fortè primùm Priscillianistæ vocati sunt, qui de omnium terrenarum opinionum luto multiplicem sibi fecem commiscuerunt, vt soli totum biberent quicquid alij ex parte gustassent. nihil est enim sordiũ in quorũcunque sensibus impiorum, quod non in hoc dogma confluxerit. denique si vniuersæ hæreses, quæ antè Priscillæ siue etiam inde Priscilliani vulgati tempus

Pepuzitæ. Quintilliani. Priscillianistæ.

exortæ sunt, diligentiùs retractentur, nullus penè inuenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium, vt latè docet S. Leo epistola 71. vbi & cap. 16. exprimit horum cum Manichæis (qui ad imū scelerum peruenisse hoc textu dicuntur) tam fœderata esse corda, vt solis nominibus discreti sacrilegiis suis inueniantur vniti. Præterea Marcionistas nemo non nouit dici à Marcione, de quo & multa B. Io. Damascenus, & quē Tertullian. scribit, pœnitentiā professū morte occupatū esse. At et sunt his proximi nomine dicti Marcitæ à Marco, qui cum Colarbaso Christum putatiuè passum asserebat, & alia quædā impia. Vnde & Marcosii & Colarbasi, vel etiā Colobarsiani à Colobarso etiā dicto, qui cum sectatoribus Marci & Valentini sentiebat, nisi quòd aliter cōiugationes atque Ogdoadas docebat, vt habet d. Damasce. Adhæc Borboritæ pars Manichaici furoris inf. eo l. pe. dicti, ab aliquibus esse tradūtur, qui et Gnostici hæretici noti, & orti à Nicolaitis & ipsis nō ignotis, à Nicolao vno ex septē diaconis, quos apostoli ordinauerāt: qui vel vt odiū aduersus vxorē conceptū expleret, vel de zelo eius culpatus, se purgaret ea qui vellet vti pmisit.

Marcionistæ. Marcitæ. Marcosii. Colarbasi. Borboritę. Gnostici. Nicolai fę dū factū & secta cōmuni sensu ī probata.

obſcœnus hæreticus exorſus à ſua, & quidem pulcherrima, vxores fecit communes. quaſi apoſtolico præſtaret dogma Platonis: quod & ipſe Ethnicus improbat Ariſtoteles, & rudes Perſæ coarguerunt in ſuo Cabade. qui cũ illis imperitans legem tuliſſet, vt omnes fœminæ communes eſſent, à multitudine protinus inſurgente captus in vincula coniectus eſt, vt retulit Procopius li.1.de bello Perſico. quamquam Nicolaum iſtum inepto commẽto excuſare voluit Polydor. de inuentor. rer. lib.8.cap.4. hos & alij putant ortos à Carpocrate. vnde & Carpocratiani non ignoti: de quibus & multa B. Auguſtinus. præter hos non vulgò proditi ſunt, Meſſaliani qui & Pſalliani, vt habet B. Auguſtinus, & Euchetæ, ac Enthuſiaſtæ vocati ſunt, id eſt orãtes & ſacrificatores, vt habet Caſsiod. trip. hiſt. præd. lib.7. cap.11. propius dixeris numine afflatos, aut inſanientes & bacchantes. quibus appellationibus notati ſunt ab eis qui hæreſis nomen in Græciam tranſtulerunt, inquit Damaſcenus. nempe quòd ſemper orandũ dicant, & ad omnia ſufficere orationem. Michaël quoque Pſellus libr. de dæmonibus euchetas & gnoſticos dicit, vt dæmonia toto concipiant

Carpocratiani. Meſſaliani Pſalliani. Euchetæ. Ενθϐσιασαὶ.

concipiant pectore, nefanda sacrificia perpetrare: cōuenire enim die quo passus est saluator, vespere, statutum in locum, vnà cum puellis sibi notis, & post quædam sacra extinctis luminibus mistim coïre, siue cum sorore, siue cum filia, siue alia: nonóque rursus mense reuerti, puellásque accersere, & infantes iam natos ab his euellere, pérque totum corpus pueros circuncidere, & circunfuso sanguine phialas implere, corpora cremare, cinerem cum sanguine miscere, cæterùm hoc condimento epulas & pocula condire, tum sua inter se tum aliorum clam quorumcunque possunt, existimantes hoc sacrificij & alimenti genere, tanquam maximè profano, characterē diuinum nobis impressum & dæmonia procul arcentem penitus aboleri, & ita dæmonia liberiùs ingredi, adeò execrandi sacrificatores sunt, & per omnia insani, vnde nimirùm ἐνθυσιάσαι *dicendi. item Audeani ab Audeo* Audeani. *dicti putantur, natione Syro: qui fatuè intelligens quod scriptum est: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram: humanam formam putauit habere diuinitatem, & corporis partibus esse distinctam, diuinæ scripturæ nequaquam sensum respiciens, quæ*

ſæpè diuinis operationibus humanorum mēbrorum nomina circumponit: quoniam qui facilè ſubtiliora intelligere nequeunt, per hæc Dei prouidentiam magis agnoſcūt, vti ſcripſit ex Theodorito Caßiodorus prædicto hiſtoriæ tripartitæ loco, vbi & alios illius errores refert: & pariter D. Damaſc. illúdque quod noſtri tēporis hæreticis familiare eſt, dānare facilè epiſcopos, quòd ſint diuites & aliis de cauſis. & qui priorē hæreſim amplexi

Anthropomorphitę. *ſunt ab ea dicti ſunt Antropomorphitæ, hæretici & nomine noti. de quibus & nos plura in*

Hydroparastæ. *l. ſi quis in me. de pœ. inf. inſuper hydroparaſtas. ſiue hydroparaſtatas (vt habet cōſtitutio ſecunda nouellarum legum Theodoſii Auguſti) vel coniicere licet ex ipſo nomine fuiſſe,*

Aquarij. *quos Aquarios (quia aquam ſolam offerrēt in calice ſacramenti) appellat Iſidorus, aut quos narrat Auguſtinus negaſſe aquam à Deo creatam, aut qui & hoc eodem textu dicuntur à cultu ſerpentis Ophitæ. nam ὕδρος Græcè*

Ophitæ. *& ὄφις dicitur, id eſt ſerpēs, & inde marmor ſerpentis modo maculatū & cōtra ictus ſerpētis valēs. Ophites. teſte Dioſcoride li. 5. ca. 93. & ex eo cōſtructæ thermæ flāma tenui calētes, ophitæ Martial. li. 6. tū aliis & alia. Cæ-*

terùm illũ cultum serpentis à Nicolaitis siue Gnosticis deduxerũt Ophitæ. & colubrũ qui decepit Heuã Christũ arbitrati sunt. habuerúntque verũ colubrum quẽ nutriebãt & venerabãtur miris quibusdã superstitionibus & sacrificiis. quæ refert B. Augu. quin Origenes lib. 6. cõtra Celsum Ophianos dicit irreligiosos & impios, qui ex serpente humanæ naturæ infestissimo & perhorrẽdo, tanquam ipsi nõ homines (quibus est ipse inferior) sed vt serpẽtes gloriæ ducunt, quòd Ophiani, hoc est serpẽtini dicãtur, Euphraten nescio quẽ disciplinæ huius scelestioris autorẽ iactantes. Item Tascodrogitæ (qui prædicta Theodosii cõstitutione antiqua dicũtur Ascodrogitæ, seu Ascodrogi) atque Batrachitæ, voce hac quidẽ in vniuersas hæreses planè apta, aut Brachitæ (vt habet Alph. Castrẽsis li. 2.) ad Manichæos pertinent nimiũ notos. sunt & non ignoti Photiniani à Photino dicti, de quo trip. hist. li. 5. c. 8. etsi de iis planè loquentẽ li. 6. epi. vlt. Sidoniũ Apollinarẽ non intellexit eius adnotator Baptista Pius: at hîc in codice vetustiore Fortuniani dicũtur non Photiniani, nescio vnde, vel à quo Fortunio. etsi Fortunatũ quidem presbyterũ quendam Manichæũ B. Au-

Ophiani.

Tascodrogitæ.

Batrachitæ.

Photiniani.

Fortuniani.

gust. adhuc presbyter necdū episcopus Hipponæ deuicit, vt latiùs retulit Poßidonius in vita ipsius Augu. c. 6. de quo extat & liber inter opera Augustini qui inscribitur, contra Fortunatū quendā presbyterū Manichæorum. & de eo plura legere est apud eundē Augu. tum Fortunatianus Afer Aquiliensis episcopus Liberium Romanæ vrbis episcopum pro fide ad exilium pergentem primus solicitauit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit, vti scripsit B. Hieronym. Marcelliani quoque dicti videntur à Marcellina quadam socia sectæ Carpocratis prædicti, quæ colebat imagines quidem Iesu & Pauli, atque Homeri simul, & Pythagoræ, adorando, incensumque ponendo, vti scripsit B. Augustinus. aut certè à Marcello Ancyræ Gallatiæ vrbis ciue (vt ait Damascenus) seu episcopo (vt habet Hieronymus) qui Sabellianæ hæresis notæ sæpè reus factus, eius tamen innoxius semper videri voluit. exinde Engratistæ, seu Engratitæ, & Tatiani dicuntur, à Tatio, aut Tatiano rhetore, qui eam nouam hæresim cōdidit ἐγκρατιτῶν (vti scripsit B. Hieronymus) hoc est continentium: nempe damnans nuptias, & omnino pares fornicationibus fa

Marcelliani.

Engratistæ Tatiani.

ciens, & in cibis delirans similiter. quanquam Epiphanius Tatianos, & Encratitas ita discernit, vt Encratitas Tatiani schismaticos dicant. Damascenus autem Tatianos à Tatiano dictos ait, qui decreta Marcionis secutus etiam quædam propria addidit, illiúsque reliquias quasdam esse Encratitas, qui nuptias damnant eásque sathanæ esse aiunt, & omnẽ rerum animatarum esum improbant. Quibus similes sunt Apotactitæ (vt B. Augustinus scribit) seu apotactici (vt Damascenus habet) id est, secreti vel selecti. tantùm enim apotacticos, id est secretos ab aliis recipiũt. accedũt ad Encratitas, sed tamen alia quædam diuersa sentiũt. Denique Sacrophoros hoc tantum in tex. à nobis lectos, aut sanè sacophoros, vel saccophoros (vt habeo in vetustiori codice) Bernhardus Lucemburgensis, & ipse hunc textum duntaxat citans ait esse de perfidia hæreticorum: appellat autẽ saccophatos. vnde nihil certi coniici posse sperare licet, cùm sint tot lectiones, quarũ fortè & absurdior verior est, cùm cõstet huiusmodi appellationes sæpe vulgares esse & barbaras. vide et ne fortè sint & dicẽdi sint Siphori, qui legũtur in definitionibus ecclesiasticorũ dogmatũ ca. 52. & di

Apotactitæ.

Sacrophori.

Siphori.

cũtur non in nomine patris & filij & spiritus sancti tingi, & idem esse Bonosiani noti.

Bonosiani

Nusquam in Romanum locum cõueniẽdi morandíque habeant facultatẽ. *Vetustiores codices habent, orãdi, nõ morãdi. id quod & germanius est contextui, cùm hactenus generaliter loquatur de hæreticis varijs. & sic bene cõuenit §. cunctis. qui postmodũ sequitur in hac ipsa l. & l. 2. de sum. tri. §. cùm si. Illud verò de Manichæis planè proximo textu statuitur, quod lege vltima de apostа. inf. ad quosdã alios extenditur, vt extra Romani imperij solũ repellãtur. & de Manichæis quidẽ, vt habet tex. etiã de ciuitatibus pellẽdis & vltimo supplicio tradendis, ratio est, quoniam his nihil relinquendũ est loci in quo ipsis etiã elemẽtis fiat iniuria. quod dictũ videtur, propterea quòd hi, duo principia inter se diuersa atque aduersa, eadémque æterna & coæterna fuisse dicũt, duásque naturas atque substãtias, boni scilicet & mali, sicque substãtias elementorũ & elementa ipsa mala: quæ quinque statuũt, fumũ, tenebras, ignẽ, aquam, ventũ, illis opponẽtes tamen, aërem, lucem, ignem bonum, aquã bonam, ventũ bonũ, vt latius docet B. Aug. illo li. de hæresibus ad*

Emẽdatur textus.

Cur Manichæi, tum alij dicantur elemẽtis facere iniuriam.

Quoduultdeum ca.46. & li. de moribus Manichæorum 2. cap. 8. vbi ostendit substantiam elementorũ ipsáue elementa, quòd aliquando noceãt mala non esse: quoniam id per se non agant, sed per incongruentiã & inconueniẽtem adhibitionem: ac ita omnino conuenienter adhibita prodesse. Porrò illud idem & de cæteris malis dici potest; præcipuè verò hæreticis quibusque: qui fundamẽto fidei destituti à se priorsus creatorem abiiciẽtes, creaturis omnibus iniurij sunt. Vnde ab ipsis etiã elemẽtis destituuntur, & nos propter illos, quos diutius vita frui patimur, iuxta illud quod Sap. ca.5. legitur: armabit omnem creaturã ad vltionem inimicorum, & pugnabit cũ eo orbis terrarũ cõtra insensatos. Vnde & dixisse videtur Salo. 2. Par. 6. si clauso cœlo pluuia non fluxerit, propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco isto, & confeßi nomini tuo, & cæt. etenim Mat. 5. dicitur Deus pluere super iustos et iniustos. Vnde ob hæc maximè exasperari videtur. quãobrem & libro nouellarũ legũ, simili titulo, Theodosius & Valent. sic aiunt, vnde enim ver solitam gratiam abiurauit? vnde æstas messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum? vnde

Propter peccata præcipue hæreses, veniunt, omnia damna à cæteris creaturis, sterilitates & huiusmodi.

hyemis intemperata ferocitas vbertatem terrarum penetrabili frigore, sterilitatis læsione damnauit? nisi quòd ad impietatis vindictam transit lege sua naturæ decretũ. quod ne post hac sustinere cogamur, pacifica vltione pianda est superni numinis veneranda maiestas. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta seruata, nempe & canente Seneca Tragico, Nulla Deo gratior victima est quàm homo iniquus. iuxta quod & ipse Deus sic præcepit Exod. 22. maleficos non patieris viuere. Adhæc facit c. defleat. de reg iur. in ant. & l. 2. cũ ibi traditis. eo. tit. sup. & si. nos etiam in l. si quis in metal. de pœn. in l. eũ qui de episcop. & cl. & libr. Prouerbiorum. & inde videtur dictus apud nos procurator fidei procurator incursuum: quoniam insectetur hæreticos, qui maximè omnium peccantium, & quasi vnicè odium incurrunt Dei & hominum. adde quòd & ob id maximè ipse procurator incurrat odia hominum sæpè magnorum & diuitum: quia in crimine omnium maximo & perinfami iis minimè parcat, si verè talis fuerit. in hócque Aristoteles Polit. lib. 6. cap 8.

Procurator incursuum vnde dictus.

Cunctis quoque legibus, quę cõtra eos, cæteróſque qui noſtræ fidei refragantur, olim diuerſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper viridi obſeruãtia valituris. *Hoc accipe iuxta textũ c. Vt inquiſitionis. eo. ti. in 6. & gloſ. c. non. de iud. & nota generaliter legẽ quantũcunque diu factã non aboleri deſuetudine. de quo tandem Iaſ. in l. de quibus. 6. not. de legib. ff. & Matth. Afflic. in repetit. ſanctionis de iure protomiſeos, par. 6. not. 1. Angel. in proœm. inſtitutio. §. igitur. etenim lex ſemper viuit. c. contra. 25. q. 1. & ſemper loquitur, vt notant hîc Butrigarius, Bartolus, Salicetus, & hic etiam in auth. Quaſſa. q. 3. de ſacroſ. eccleſ. ſup. & Ioann. Imo. in l. 3. §. ſi rem, col. 2. pro emp. ff. Gloſſ. in regul. cancell. apoſt. 33. & in regulam Iulij 2. & mille aliis locis doctores. ſimilitérque dicit Salicet. in l. ſuper chirographariis. ad fi. ſi cer. pet. inf. quòd ſtatutum omni die loquitur. ſicq́ue dixit Cicero in oratione pro domo ſua, annales populi Romani & monumenta vetuſtatis loqui. ſed & dixit Plato de legibus dialogo 9. legem ipſam, quæ aliquid interdicit, id pro vniuerſa ciuitate ſemper interdicere, & interdicturam eſſe: neque opor-*

Lex ſemper viuit & loquitur.

tere vt homo aliquis interdicat. similiter itẽ ait D. Hyerony. Paulum non cessare etiã hodie scribere. & adde c. quaeris. vers. hodie. de cons. dis. 4. & Alex. ad Bartol. hîc.

Quae ipsi audacter ecclesias nũcupare conãtur.) *De haereticis, vt videre est in ipso textu, hoc dicitur. quorũ tã superba quaedã sunt etiã, vt ne referri quidẽ sine aliquo piaculo posse arbitratus sit Vincẽtius Lyrinẽsis. adeò vt Valentinus homo alioquin doctissimus (vti scripsit B. Hiero.) dixerit se Deo meliorem. in quẽ librũ scripsit Septimius. nimirum si ecclesias appellare volunt haeretici conuenticula sua, & illegitimas, adulterinas, improbas coïtiones, conuentiones, cõmunionésue, quae inf. eo. l. quicunque. §. vniuersi. saepissimè vna eadémque perelegãti voce, dicuntur parasynaxes, ἀπὸ τȣ̃ παρὰ praepositione scilicet (quae vel in compositione in malam partem plerũque accipitur) καὶ τȣ̃ συνάπ7εσθαι, vel inde dictione quoque nota συνάξεως. quae etsi ecclesiae malignantium scilicet dici possint (vt fit Psal. 25.) ecclesiae tamẽ appellatione indignae sunt: cùm ea de vera loquentes vtamur. quae vtique vna tantùm est ecclesia perpetuò sibi constans: nempe in Christo Iesu filio dei vi-*

Parasynaxes.

Ecclesiae malignantium.

Ecclesię appellatio tã tũ verae & catholicae conuenit.

ui fundata, & in Petro eius vicario primaria radice propagata, per vniuersum orbem ramos suos extendens, vt & docemur in rhapsodia Gratiani 24.q.1.c.loquitur.c.omnibus c.didicimus.pudenda .etsi. vnde & catholica venerandáque dicitur mox, hac ipsa lege. & ita venerabiles ecclesiastici loci, l.denuntiamus de iis qui ad ecclesi.confug.inf.de quo & l.siquis in hoc ge. & seq.auth. & in l.decernimus.de episc. & cleri.sup. Cæterùm huc pertinent & quæ notauimus in rubricas de sum. trin. & fid. cathol. & de sacro. eccles. cum si.

LEX SEXTA.

DAmnato lege diuæ memoriæ Constantini.) *Ea lex tota refertur à Caßiodoro triparti. hist.li.2.cap.15. eadem de Porphyrio & Arrio, eiúsque libris continens, quæ & hîc de Nestorio & libris eius sanciuntur: nisi quòd ibi, si quis conscriptiones Arrij celasse comperiatur, & non repente proferens igne cõsumpsisse, mortis supplicio subiacere decernitur. hîc verò inter alia, si quis Nestorij libros habere, aut legere,* Hic de nõ scribendis vel posside͂dis hæreticorũ libris

aut describere audeat (quos diligenti studio requiri, ac publicè comburi dicitur) publicatione bonorum dicitur coërcendus. sicque l. quicunque inf. eo. libros seruans contra ecclesiam scriptos, deportatione perpetua decernitur puniendus. & tandem Iustinianus in cōstitutione, quam aduersus Anthimum hæreticum & eiusmodi alios quosdam in quinta synodo Cōstantinopolitana fecisse reperitur, (quæ est nouella 42) in hac re ita cauit: In vniuersum omnibus interdicimus, ne quid librorum eius comparent. & quemadmodum Nestorij libros describere aut comparare non licet, propterea quòd antè nos imperatoribus in suis constitutionibus videatur Porphyrij scriptis contra Christianos editis similes existere: ita nec Seueri dicta scriptáue apud quemquam Christianorum maneant, sed sint profana, & à catholica ecclesia aliena, ignéque comburantur à possessoribus, nisi illis retinendis in periculum adduci velint. Præterea à nemine in posterum describantur, siue librarius aliquis, siue notarius, siue quisquam alius sit, sciens quòd illius dicta conscribentibus abscisio manus in pœnam irrogabitur. Nolumus etenim, vt illorū blasphemia ad alia

Ratio cur libri hæreticorū deperire debeant.

prorepat ſecula. in quo latè patentem animaduertere eſt rationem. quæ & ſic habetur in d.l. quicunque. vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Vnde iis & nunc dudum inuenta typographia comprehendi haud dubiè videtur. præſertim etiã cùm his verbis vtatur prædicto loco Iuſtinianus: γραφέσθω δὲ παρὰ μηδενὸς τὸ λοιπὸν, μηδὲ τῶν εἰς κάλλος, μηδὲ τῶν εἰς τάχος γραφόντων, μηδὲ ἄλλου τῶν πάντων τινὸς *(quæ maiorem quandam* ἔμφασιν *habent illa Haloandri, etſi perappoſita interpretatione) per hoc vtique idẽ expreſsim dicturus de hac typographia, ſi in vſu fuiſſet. de qua nunc maximè id intelligendum eſt: quæ quidem ſola bona literaria inuehit & ſeruat, & mala quæcunque. Inde etiam non mirum eſt, ſi vel ſeruans tantùm eiuſmodi libros adeò graui pœna premitur. licet & certè mathematicos libros ſeruantibus pœna leuior ſit, vt viſum eſt ſup. de epiſc. aud. in l. mathematicos. quandoquidem(vt diximus ad l. Manicheos. eo. ſup.) matheſis, hoc eſt magia diuinatrix ſcientia, aperta hæreſis nõ eſt, neque aliquãdo hæreſis eſt, vt tradũt doc. in c. i. de ſortil. & c. accuſatus §. ſanè. de hær. in 6. etſi diui-*

Hæreticorũ libri nec typis excudendi.

Mathematicorum libros ſeruãs non æquè punitur.

Matheſis quid.

nationes illas vulgares fieri solitas circa res perditas, sapere hæresim manifestè, & posse per inquisitorem puniri, multis traditum est à Barbat. consil. 55. qualis est scilicet quæ fit per cribum, inde dicta coscinomantia mulieribus iam olim usitatißima præcipuè vetulis. Vnde illud Theocriti in Caprario εἶπε καὶ ἀγροί ω τ' ἀλήθεια κοσκινόμαντις. præterea iure hoc visum est, quem mathesi bene uti posse. quod tamen ius canonicum imprimis authenticum ex iure diuino abnegat, d. c. 1. de sortil. etsi adhuc quibusdam aliquando mathesi licere uti per repugnantia, quantum apparet, non animaduersa, persuasum est, ut videre est apud Fr. Brunum tract. de indiciis & tor. col. 14. & Clauasium in summa sua, verbo, superstitio, nu. 13. de quo & nos in dialog. de Amoribus lib. 3. cap. 9. Igitur vel seruans libros eiusmodi scienter scilicet, quicunque ille fuerit, etiā optimæ alioquin famæ homo, has pœnas pati debet, quoniā æquè legi aduersatur, quæ eiusmodi libros haberi quibusque omnino prohibet: & fieri potest ut etiam si eos optimus habeat, inde vel alios & in posterum inficere poßint, ut fieri solet, & factum libris Vuicleni, Hußitarum, ac deinde

Diuinationes vulgares per inquisitoré dānandæ. Coscinomantia.

An mathesi bene quis uti posit.

An & simplex quiuis posidés libros hæreticorum puniatur.

Lutheranorum lutulentis fontibus, docet AEneas Syluius historiæ Bohemicæ cap. 35. quod ne contingat solida est ratio legis. an verò tales ex eo præsumantur hæretici, nec ne, non videtur hoc iure cogitatum. puto tamen dici posse, eo ipso quòd apud aliquem libri eiusmodi reperiuntur, vel scribuntur ab aliquo scienter, contrahi hæresis suspicionem. atqui grauem suspicionem hoc solo contrahi non arbitror, multominus violentam, vt dicatur hæreticus, vt & tradidit Feli. in ca. 5. ad gloss. cap. 4. de hære. Gondissalinus in suo opere de hæretic. q. 13. Marsili. in praxi sua §. diligenter. nu. 92. 95. & seq. legitur apud B. Gregorium libro. quinto, epistola vltima, quia codex hæreses habens inuentus esset apud Athanasium quendam presbyterum, contrariã integræ fidei suspicionem ortam aduersus eum, & criminis hæresis accusatum, absolutum autem cùm testaretur se nulli hæresi assentire, sed ecclesiæ conciliis omnino, & iubente Papa ne eum librum amplius haberet, præsto esset obedire. Cæterùm traditur in d. cap. 4. de hæreticis, damnato autore damnata censeri eius scripta, & sic ea non recipienda, tanquam

An possidẽs libros hæreticorum præsumatur hæreticus.

Damnato autore dãnata eius scripta cẽsentur, & quãobrem

authentica quidem, etiam si bona sint, nisi ab ecclesia specialiter essent approbata, sed aliâs certè vt rationabilia. sic & docet Nicol. Bertrand. ad c. vt inquisit. eo. tit. in 6. ecclesiã canonizando aliquem, hoc est diuis annumerando, & sic maximè adprobando, & doctrinam eius, dicta & scripta eiusdem approbare, nisi quæ vel ipse correxit, vel ab alio rationabiliter correcta sunt, vel corrigi possũt, tanquam veritati contraria, sicut quæ de B. Thoma & aliis referuntur in summa errorũ Ioannis Montesonensis, post libros Sen. Pet. Lombardi. & si. de quibus alibi. porrò in cõcilio Toletano duodecimo cap. 9. prohibentur etiam Iudæi ne libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat, scilicet ne deteriores fiant. adhæc scitè Politus in speculo hæreticorum consyder. 10. docet inutilem prorsus & omnino vitandam hæreticorum doctrinã, loquẽs tamen de Lutheranis libris, & similibus, qui toti vel ferè impij sunt, & mali. iuxta quod & dixit Cardi. S. Sixti in c. sancta dis. 15. libros hæreticorum, cùm multa vera & bona contineant, penitus reprobari. cùm tamen catholicorum opuscula, licet non in omnibus verum dicant, ab ecclesia recipiãtur: quando-

quandoquidem in libris hæreticorum falsa principaliter tractantur, & asseruntur, pauca verò verba vera inueniuntur illis inserta: in libris autem sanctorum vera principaliter intenduntur, & pauca inueniuntur contraria veritati. Atqui nihilominus cùm primùm emergunt eiusmodi hæreticorum libri, vt planè ab iis caueamus, & cæteri deinceps, ea repudiantes & reuincentes quantum opus fuerit, quæ in eis continebuntur mala, eos legere & succinctè colligere errores, vt sacri doctores fecerunt, licet, c. legimus. dis. 37. neque enim repudiari planè ad omnium captum possunt, quæ nesciuntur, vt scilicet reuincantur & ostendantur apertißimè inanißima, ne & vllo modo iniustam damnationem causari poßint, vel quoquomodo gloriari & vel sibi persuadere nos secum sentire malè. Vnde B. Hierony. in intelligendis libris Iouiniani multum se laborasse ait, quos multo difficilius esset noße, quàm vincere: quamquam ita & in victoria non parua esset difficultas, cùm quis superare non queat cuius assertionem penitus ignoret. in hócque idem ad Marcum Celedensem presbyterum ita, Non grande est ineptissimis neniis respondere. si autem domi-

Hæreticorum libros primùm quidē perlegere licet.

Nota rationem.

h. i.

nus vitam tribuerit, & notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis respondebimus, non vt conuincamus hæresim emortuam, sed vt imperitiam atque blasphemias nostris sermonibus confutemus. sicque conuenienter Vincētius Lyrinensis cum Papa Cœlestino: meritò causa nos respicit, si silentio foueamus errorem. ergo corripiātur huiusmodi, nec sit liberum pro voluntate habere sermonem. ob ídque Theophilus ad Hierony. scribit nihil nocere, & prudentes & eruditos viros pro solicitudine fidei commouere. húcque spectat quod B. Chrysost. ait in Genesim homil. 28. quæ priscis euenerunt, si discere voluerimus, maximæ nobis doctrinæ occasionem esse. hac enim ratione non solùm opera sanctorum bona nobis scripta esse, sed & peccata, vt ista quidem fugiamus, illa verò imitemur. & ita ipse Paulus Apostolus ad Rom. ca. 15. inquit, Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta esse. & eiusdem epistolæ cap. 4. primùm, non scriptum esse tantùm propter Abraham, quòd reputatum est illi ad iustitiam: quòd scilicet crederet Deo, inde & spē & charitatem figens in eo, & voluntatem eius amplectens, sed & propter nos, quibus

reputabitur credẽtibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, & ita scilicet parentibus ei dicenti, si vis in vitã ingredi serua mãdata. & si. & ad rem maximè idem apostolus 1. ad Corinth. 10. cùm narrat periculum luxuriosorum tentatorum Dei, & murmuratorum. scripta sunt hæc (ait) ad correctionem nostram. id verò consequens est, tantùm vel maximè omninò præfectis ecclesiasticis & concionatoribus licere, & conuenire, c. episcopus. 37. dis. à quibus & eiusmodi quidem cæteri sanam doctrinam & intelligentiam petere debent, & accipere reuerenter, vt ab stabulario illo euangelico homo qui incidit in latrones sibi necessaria ad victum, vt plenè docuimus ad l. 3. de sum. tri. sup. non alta vtique sapientes, sed humilibus consentientes, vt ait apostolus, ne aliàs scilicet aberrantes magno cum malo suo vel inuiti etiam humilientur, vt multis contingit. quibus & appositè dicitur à B. Chrysostomo altera expositione in Matthæum hom. 46. si velis scripturarum secreta ingredi non petis orationibus, non quæris in scripturis vt oportet, non pulsas bonis operibus, non interrogas sacerdotes, nunc istos, nunc illos, non

Quibus liceat hæreticorum libros legere.

inuestigas, qui veri sunt clauicularij scripturarum non qui falsi. sed illud fit quia verbũ Dei non creditur, quia nec promissio beatitudinis eius desideratur. Vnde & hæreticorum causam omnem denotat, carnis voluptatem, gloriámque, iuxta quod ipse quoque planè ait apostolus, Quorum Deus venter, & gloria. in quo plura nos de optima rerum humanarum insti. lib. 6. cap. 9. Insuper sic Politus prædicto loco planè scripsit solùm hoc dandum esse viris probatæ fidei ac doctrinæ, ad errores illorum detegendos atque expugnandos, vt scilicet eiusmodi hæreticorum libros legant. & ita conuenienter Beda iam olim in Prouerbia Salomonis lib. 1. soli concedimus hæreticorum libros legere, qui adeò solidatus est in fide catholica, vt nequeat separari, librorum dulcedine, vel astutia. Item verò Franciscus Picus lib. de Fide, theoremate 14. in hunc modum: nisi enim periculum simplicis animi fuerit, aut particularis & expressa prohibitio ecclesiæ vetet, nihil obest hæresiarcharum etiam libros legere, vt bona fortè, veluti aurum ex luto, inde eruantur, vt eorum quoque errores refellantur. cæterùm libros qui præcipuè impietati non addicuntur, & maxima ex

Quãdo libros hæreticorum legere nõ est bonum. Quorũ librorũ hæreticorũ tolerabilior lectio est.

parte ingeniosi sunt & sanæ doctrinæ, quibus tamen immistum est quiddam vel latẽtis veneni, legi posse constat, nisi expreßim eorũ lectio vetetur, eruditionis gratia: quemadmodum & olim licebat (quod adnotat Erasmus in quandam B. Hier. epistolam) è quibuslibet libris, si quid inesset vtile decerpere. & hoc scilicet à doctis & prudentibus, iisdémque tummaximè memoribus cautionis, est faciendum: vt & ipsi caueant, in quibus inde alios doceant cauere. nec enim omnium est catholicorum lectis hæreticorum gentiliúmue libellis, mox quid in eis erroris contineatur agnoscere, auditis dialecticorum versutiis illico ruinosos deceptionum laqueos acutæ mentis sagacitate discernere, sed eorum qui diutina vel meditatione scripturarum vel virtutum gratia promerente exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali multorum penè moti pedes, penè effusi sunt gressus, quia zelauerunt in peccatoribus, pacem peccatorum videntes, vt habetur Psal. 72. & docet Beda in Samuelem lib. 2. cap. 8. sicq́ue Theophilus Alexandrinus episcopus tanquam Origenis hæreseos fautor reprehẽsibilis inuentus, cùm rursus Origenis libris incũ

Cauendũ semper à prudẽtibus quoslibet libros hæreticorum legẽtibus & sibi & cæteris.

beret, & interrogatus ab aliquo, quomodo ea quæ abdicauerat rursus amplecteretur, responderit Origenis libros similes prato floribus vniuersis pleno: quicquid igitur bonum in eis inueniret, hoc se decerpere: si quid verò spinosum occurreret, hoc quasi pungeretur omittere, notatur apud Caßiodo. tripar. lib. 10. cap. 14. non cõsideraße illud sapientis: verba sapiẽtum, sicut claui aculei sunt. ob id & visum est Augustino de doctrina Christiana, lib. 3. cap. 30. hæreticos etiam si quid benè dixerint, cautè nihilominus legendos. Itaque satius esset omnino eiusmodi scripta omnia iam emissa purgari omnibus malis, vt & gentilium lasciuiora quæque: & ita demum extare & legi planè. ingẽs & facilè principis opus, & vel nostris maximè cõueniens tẽporibus: quibus quicquid vnquã scriptũ est requiritur, & à doctis indoctísque paßim scribitur, etiam vernacula lingua hæresum iam olim concinnatrice, vt ostendimus in l. 3. de sum. tri. Ita verò semel & securius, & sic solidè ac maximè fiet quod monet B. Ioann. Damascenus orthod. fid. lib. 4. in hunc modum: efficiamur probati trapezitæ, legitimũ & purum aſſeruantes, adulteratum autem

Consiliũ à moderatoribꝰ Reip. aſſimad-uertendũ.

Vernacula lingua hæresum concinnatrix.

refutantes, decerpentes etiam ab iis qui foris sunt sermones optimos: Deos autem ridiculos & fabulas alienas canibus proiicientes. quẽadmodum & similiter se facere solitum Seneca scripsit lib. epis. 1. in hæc verba: soleo & in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. & huc spectãt multa quæ pulchrè scripsit Eras. in vita B. Hieronym. & in præposita ad Laurentium Puccium Cardinalem, B. Cypriani operibus epistola. tum illud apostoli. 1. ad Thessalo. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete. quod Petrus Montius de re militari lib. 1. cap. 3. citans, impudentissimè ait, se malle dicere, omnia bona probate, & quæ optima sunt tenete: quasi non intelligens τῦ δοκιμάζειν, hoc est probare verbi vulgatissimam acceptionem. in quo & laudari potest autor Tertullianus lib. de præscrip. hæret. & Hieronym. ad finem epist. ad Minerium & Alexandrum. & Gelasius Papa in c. sancta 15. dis. ita ibi quoque scripta Origenis, quæ autore B. Hieronymo sana sunt, recipiens. de quo quidem ipse Hierony. ita scribit in epist. ad Paulinum, & Pammachiũ, & ad Oceanum: Ne me putes in modũ rustici balatronis cun-

Petri Montij impudẽtissima arrogantia & ignorãtia.

cta Origenis reprobare quæ scripsit (quod in me criminatur Calphurnius Lauarinus, & discipuli eius, & quasi Dionysium philosophum arguant subitò mutasse sententiã) sed tãtùm praua dogmata repudiare. Quæ est tã ta pertinacia sic laudare alicuius doctrinam vt sequare blasphemiam? quemadmodum & Picus in astro. lib. I. sanè, inquit, sicut inuidiæ est quærere in magnis viris potius quod dam nes, quàm quod extollas: ita insaniæ sicubi defecerunt, non potius damnare velle quàm imitari. Hincque fit vt falsò tributum Hieronymo videatur dictum illud, cuius meminit Vincentius Lyrinensis: malo cum Origine errare, quàm cum aliis vera sentire. sicut scilicet scripserat Tullius Tusculanarum quæstionum libro primo, errare malo cum Platone, quàm cum istis vera sentire. quod & dictum est propter autoris præstantiam ὑπερβολικῶς. denique verò etiam ad hanc l. maximè pertinet quod scripsimus in l. fi. in fi. eo. inf.

Verbum falsò tributum Hieronymo.

Ciceronis dictũ quomodo intelligẽdũ.

LEX SEPTIMA.

CVriales.) *Huic legi accedit prior pars nouellæ 45. & notare licet, inter cætera singulariter ex legis huius textu, cùm vera ambitio mala semper sit & origo malorũ, ipsam verò tũ præcipuè principi (ὦ βασιλεῦς κῆδος ἔδωκεν, vt Homerus ait) etiã cõtumeliosam esse, cùm ea vel tãgi videtur turpi de causa: qualis est maximè vtique hæretici, cùm is quoquomodo iuuatur aut defenditur, vt & in generibus causarũ expreßit haud postremi nominis inter recẽtiores rhetor Io. Cæsarius opere de arte rhetorica, tract. 5. ca. 2. ingenuè & memorabiliter inquiẽs: turpè genus causæ est, quod cõtrà ab omnibus oppugnandũ videtur, hoc est (vt ad Herenniũ definit Cicero) cùm aut res honesta oppugnatur, aut turpis defenditur, vt siquis causá hæretici defendere vellet, quod profectò apud Christianos turpe admodũ esset. vnde & licet laudabile sit, & necessarium multipliciter aduocationis officiũ, l. laudabile. de adu. diuer. iudicũ, l. aduocati. de adu. diuer. iudiciorũ, l. prouidendũ. de postul. inf. id tamẽ insignibus denegatur latronibus l. per omnes de def. ciuit. inf. de quo ibi*

Ambitio semper mala, quando etiã principi præcipuè contumeliosa.

Turpe genus causæ.

Laudabile & necessariũ aduocationis officium, insignibus latronibus & hæreticis non præstandum.

nos.id verò tãto magis planè obseruãdũ est in hæreticis, quãto plus est animæ perpetuæ, quàm temporalis corporis vitæ insidiari: cuius priuatio propriè mors non est, ἀλλ᾽ ὁ χωρίζων ψυχὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, vt inquit B. Cyrillus. atque ita minus nocet, & minus omnino timẽda est, & minus omnino æstimanda hæc vita, c. nolite. 2. 11. q. 3. cum si. nec dubiũ est hæreticos istos quasi Syrenes Homericas in mari huius mundi piratas agentes, & quasi meretrices matronarum beneuolentium vultum ementientes, blandiloquentia sublatentis veneni interpolatrice quibuscunque possunt insidiari, quemadmodum habemus quidẽ Prou. 23. insidiatur in via quasi latro, & quos incautos inuenerit interficiet. & Hierem. 3. in viis sedebas spectans eos quasi latro, insidiãs in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. vbi animaduertere est vocem זנות hoc est fornicationis in scripturis impietati accommodatissimam, & deserti seu solitudinis, sedendíque verbum istorum ociosæ arrogantiæ egregiè competẽs. Facítque huc l. quicunque. de episcop. & cle. sup. vbi expressim notat Bald. non debere defendi malos, & propterea collegiũ Bononiẽse

Mors propriè homini est separãs animi Deo.

Hæretici. vt Syrenes & Pyratæ meretrices & latrones insignes vitæ mortalium insidiantur.

Nõ defendendi impij, vel supplicandũ pro eis.

fuisse reprehensum, quòd supplicaret pro Richardo Malumbro excellenti licet iuris doctore, attamen hæretico. & in hoc c. accusatus. §. fi. de hæret. in 6. & expreßim de aduocationis officio, quod in hæresis iudicio abesse debet, c. statuta quædã. eo. ti. in 6. proinde quoque, & si maximè deceat principem, vt terrestrem quendam Deum, benignitas, & beneficentia, æquè tamen dedecet, si erga indignum vel impium exerceatur: quoniam per eam fomenta subministrare videtur impietati, ingratæ etiam: vt est natura vitiorum, & mos malorum, sicut canum: qui (vt ait Isocrates) τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, & ita esse videtur & ipse impius aut fatuus. quod ne videatur punit etiam tãtò magis talem subditum, quantò plus est sibi familiaris, vt appositè & plenè notat Salicet. in l. vniuersi. vbi causæ fisc. inf. in hunc modum, nota quòd princeps vult familiares suos grauius aliis puniri, quia in ignominiam principis recidunt delicta ab eius familiaribus commissa. principes autem huius temporis, laici, vel ecclesiastici, omnino aliter faciunt, tales enim familiares tolerant, nec puniri permittunt, dicentes quòd sibi foret igno

Quæ dedeceat princip̃e beneficentia.

Ingratimali in beneficos, vt canes etiam in dantes adlatrant.

Princeps bon' quos grauius punit.

miniosum, si punirentur. & malè, inquit ille. ac inde perperã facere nimiũ vides hoc tẽpore cuiuscũque ordinis viros, maximè (quod minimè oporteret) religiosos & monachos instituti cuiusque, dũ, siquis de grege eorum reus hæresis fiat, insanè affectãt eius liberationẽ. nimirũ (vt ipse quoque Salicetus ait) mũdus nõ regitur sed ducitur secundum appetitus sensuales. vnde ira Dei est super nos. à qua liberet nos ipse miserescens nostri, solus perfectus Deus.

Notantur religiosi irreligiosi so licitatores

LEX OCTAVA.

QVicunque. Dispar quidem nomen, sed idem sacrilegiũ. *Hoc (vt apparet in ipso textu) de Apollinaristis & Entychianistis dictum est. & similiter de Nestorij & ipsius Entichetis dogmatibus (quæ ex Arrianorum & Apollinaris impiamentis constat) nouell. 42. ac de cæteris hæreticis planè: quòd & si quidem facies habent diuersas, tamen (ceu vulpes memoratæ Iudicum sacrorum c. 15) caudas habent inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum, & communi nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant cc. excomm. de hæret. c. quidam. 24. q. 3. aitque*

Conueniunt in impietate quantũuis diuersi inter se hæretici.

B.Grego. in Iob lib.3.cap.19. ita: con dicunt sibi hæretici, quando praua quædam contra ecclesiam concorditer sentiunt, & in quibus à veritate discrepant, sibi in falsitate concor dant. & in hoc prolixiorem, at longè elegantißimam hæreticorum descriptionem videre est apud Scep. in astrolog. lib.1.cap.1.

Post rem examine iudicis approbatam.) *Nota non adeò odiosum esse aliquod facinus, quod imprimis (quantum fieri potest) non oporteat legitimè agnosci, & iudicialiter approbari. in quo multa commodius scribere visum est. inf. de Iudæ. l. nullus de pag. l. pe. & alibi. sic & licet catholici iure occupare poßint bona hæreticorum propria autoritate, id melius esse speciali adhuc principis edicto vel ecclesiæ permißione, docet Hostien. in sum. de hæret. §. qualiter deuitetur. ver. sed nunquid catholici. cæterùm hæresis causam quamcunque in examine iudicis approbari conuenit cum maiori, quantò grauius est crimen, cautela. c. vt officium. §. verum. de hæret. in 6. vnde & ex c. excomm. 1. §. adiicimus. eo. tit. in antiqu. quidam arbitrati sunt criminis hæreseos reũ non nisi tribus testibus conuinci, citantes etiã*

Iudiciali autoritate omnia agenda.

An omnino tribus testibus opus sit ad conuincẽdum hæreticum.

eius traditionis autorem Hostiensem prædicto loco,§.qualiter deprehendatur. versi. vt autem scias. vbi tantũ abest vt eam sententiã vllo modo etiam indicare voluisse videatur, vt contrà planè senserit, dum id quod habetur in d.§.adiicimus, per se satis extra rem etiam ita retulit, præfectum ecclesiæ parochiã suam vbi hæreticos habitare fama fuerit, circumeuntem, tres vel duo testimonij boni viros compellere debere iurare, scilicet, vt quos intellexerint ea peste infectos, ecclesiæ prodãt: intelligens vtique non ab re eo quoque casu sufficere duos boni testimonij, hoc est probatæ vitæ & fidelis conuersationis, ita vt id de eis cæteri testificari possint, viros, c. licet. de testi.& si. aitque inde ibidem, cùm inter solicitudines nostras illa debeat esse præcipua vt capiamus vulpeculas, id est hæreticos, satis esse illos vel leui argumento, hoc est probabili suspicione conuinci, ex quo qui iurare noluerit, tanquam Valdensis exhorrens, ceu malum iusiurandum, hæreticus debeat iudicari, d.§.adiicimus.& sic de similibus. in quibus nos alibi sæpe multa. & certè idem Hostien. eadem in summa. tit. de test.§. quotus numerus. in omnibus iuris casibus duorum testiũ

numerum sufficere tradit, nisi vbi fortè plures requiri expressum est. & hos casus quosdam speciales recenset, hunc verò nullo modo adnumerat illis. Igitur vel Ioannem Andream ipsum posteriorem eius sententiæ autorem potius laudari oportet. qui scilicet in d.c. vt officium. de hæret. in 6. eam statuere attentauit, at nec ipse in ea perstetit. & ita post eum ibidem Ligna. Imo. Geminia. Franc. eandem sententiam tractauerunt, vt tandem illam desererent, tanquam non sufficienter fundatam, atque ideo ab ipso quoque autore desertam. & posterior omnium eius sententiæ fautorum (quos in hoc me vidisse memini) Lupus in allegatione hæreseos annexa repetitioni cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. sic eam sententiam adprobare contendit, vt demum coactus sit concludere, obtinere quidem vbi testes non sunt omni exceptione maiores, vt se intelligere antè dixit Franc. Aretinus in c. fi. ad fi. de testib. & satis probari in c. in fidei fauorem. de hæreticis in 6. quod & in cæteris communiter iure obtinet lege tertia, & ibi glossa verbo numerus. de testib. ff. Fran. Curt. ad finem primæ conclu. tractatus de testib. & nos alibi.

Adhæc Zabarel.card. non parua autoritatis vel iudicij interpres in cle.1.§.verum.q.1.de haret. illud idem tractans ita absoluit: dic quod ex quo ſpecialitas non probatur expreſſe, ſtandum eſt iuri generaliter dicenti, quòd in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. quod eſt vtique dictum ſimpliciter à Deo, vt legitur Deutero. 17. propterea dixit & Apoſtolus ad Hebræos cap.10. irritam quis faciens legem Moſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur. quo planè intelligitur duos ſufficere. idque explicauit Chriſtus vt habet D.Ioan. euangelij ſui cap. 8.dicens, Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimoniũ verum eſt, & ita relatum eſt in c.in omni.de teſtib. & ſic haud dubiè accipiendum in hoc caſu. Adde quod & hanc ſententiam tuetur Villadiegus ſyncerus doctor Hiſpanus operis ſui de hæreticis q.13.inibi agens omnino de legitimis aduerſus hæreticos probationibus.

Nullum præterea Apollinariſtam vel entychianiſtam, ad aliquam iubemus aſpirare militiam.) *Huc habet lex in codice conciliorum eccleſiæ amplior: niſi fortè ad cohortalinam, vel limitaneam. quod meritò à Tri-*

à Triboniano huius iuris ultimo cõcinnatore explosum est, cùm milites maximè deuoti fideléſque principi eſſe debeant, præſertim limitanei. ut habetur in l.2.de off.p.p.Af.inf. at non poteſt eſſe hominibus fidelis, qui Deo eſt ac animæ ſuæ infidelis. c. non poteſt.2.q. 7.l.3.§.uideri.de bo.eo.qui ante ſen. mo. ſ.c. ff.cum ſi.& uulgatis. unde & illud Eccleſ. 14.qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? & proinde uidetur quod militibus hæreticis nullomodo ſit utendum. quos etiam, ceu lepra infectos contagioſiſſima, ceu putrida cadauera inuiſiſſima, oportet à cæteris ſeparari, & foris proiici in ſterquilinium, prorſus exterminatos iuxta l.3.de uia pub.ff.& quod diximus in l.2.de ſum.tri.& in l. Arriani. eo. tit.ſup. Unde & fœtere dicuntur, & hæretica fœditas (ſi modò textus incorruptus eſt) dicitur in c.excommunicamus.1.§.moneantur. de hær. Nec ab re eſt quod ſcripſit D.Richardus in Pſal.118. Fœtentes martyres hæreticos dici, qui fortè operatione diabolica uidentur facere miracula. quale eſt illud quod memorauimus ad l.Manichæos, & iuxta cap.1. & ibi not, de rel.& uen.ſanct.& ſi. Adhæc omnino huc pertinent quæ notauimus in l.Chri

Milites præcipuè limitanei imprimis fidi principi eſſe debent.

Militibus hæreticis nullo modo utendũ.

stianis.de pag.inf.facítque l.fi.eo.cum iis etiã quæ scripsimus in principio legis primæ no. 3. de vet.iur.inf.

Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt.&c.) *Huc in prædicto conciliorum ecclesiæ libro, vbi hæc lex latior habetur, legere est: geniti sunt: ac dein per quandam parenthesin, quod credi nephas est. idque non ab re detractum est huic legi à prudentißimo Triboniano, cùm haud dubiè quoque in maximis atque optimis vrbibus plures omnis generis mali inueniantur. atque hinc videre est non ideo minus puniendos, quòd vel nostrarum sint vrbium tales. etenim vna est ciuitas omnibus nobis probitatis & fidei maximè circũdata muro. quem si quis transcenderit castris se hostium aggregans, ex nobis quidem prodiisse videtur, at non esse vel fuisse ex nobis seipsum manifestat. qui si fuisset ex nobis, vtique nobiscum permansisset, vt habet D. Ioan epis. 1.cap.2. Quid restat igitur nisi vt tanquam violator sacrilegus, & proditor, & transfuga, pluribus si fieri posset, mortibus puniatur, & primùm exauctoratus, si opus est, torqueatur, pro hoste iam planè (inquam) minimè pro nostro habitus? l.fi.cum ibi not.de*

Non compatriotis & cõciuibus iniustè fauendum.

re.diuis.l.proditores.de re milit.& similibus, vulgatisque in materia locis.

Quòd si qui in his criminibus fuerint deprehensi &c.) *Digna quoque relatu videntur vel hoc loco, verba, quæ ex hac lege quasi minus necessaria resecasse videtur plurimùm breuitati studens Tribonianus. dicuntur hîc puniendi horum criminum deprehensi quidem rei. tum dicebantur haud dubiæ bene, diuinæ semper clementiæ referendæ atque agendæ gratiæ, quæ autores hæresis, & eius occulta quæque mala nec latere cocedit, nec durare impunita permittit. vnde curæ esse diuinitati hominum actus, & maximè reuerentiam religionis in confirmanda catholica fide apparuisse, cùm nec eutychen scelerátorum dogmatum sectatorem negligi, etsi diu latuerat, siuit, nec patefacto scelere passa est pœnam sceleris euitare. & ita conuenienter in tractatu contra hæresim Eutychetis Leo Papa scripsit: nunquam potuit hæretica impietas sic latere, vt non à sanctis patribus nostris & semper deprehensa sit, & iure dãnata. in hócque Epiphanius episcopus ad Synodum Constantinopolitanam hoc modo: conuenit in impia hæresi positos, & mentem per-* Mala præcipuè hæresis haud diu latent.

turbare, & non sufficere vsque ad finem cooperire morbum, quem habent, & qui ipsorũ corrodit intellectum. Vnde hæresis addenda est ac intelligenda prouerbio illo vulgari quo dicũtur, ignis, tussis & amor celari non posse: tũ illo quo de omnibus vel malis dicitur, nullũ tã profundo loco fieri ignẽ posse, vnde fumus non oriatur. & iuxta id dixit Accursius in auth. de test. §. & licet. nihil posse esse tam secretum quin reueletur. & profectò hæresis ignis quidam mirandum in modum serpens & perniciosus est, & mala tussis, quinimo, quæ vix vnquam expellitur pectus semel ingressa. sed & eadem amor insanus est. Vnde eius sectatores ἄνθρωποι φίλαυτοι, καὶ φιλήδονοι, *atque ideo* φιλάργυροι *dicũtur ab Apostolo 2. ad Timoth. cap. 3.*

Prouerbia.

Hæresis, ignis, tussis, amor insan' est.

Par pœnæ magnitudo percellat. *) De hæreticorum libris hoc dicitur, qui pariter vt ipsi hæretici comburi debent, vt & dictũ est in l. Manichæos. ac l. proximè precedẽti. in hócque Ekius in enchiridio de fide cõtra Lutherum & alios hostes ecclesiæ, tract. 27. versic. Augustinus de pœna hæreticorum. & vers. idem statuit. & tex. actorum apost. ca. 19. d. sed & Leuitici 13. vbi præcipitur exu-*

Hæreticorum libri vt hæretici ipsi exurendi.

ri vestis quæ lepra crescente infecta esse deprehensa fuerit. hoc est certè hæretica scriptura, quæ non emendante eo qui scripsit, postquam monitus fuerit, vel scierit hæreticam haberi, extrema contumacia creuisse videtur, vt ita debeat ea tota comburi, etiam si tota leprosa non sit, id est hæretica non omnia sed quædam habeat. vel postquam ipsam delatã ad se & examinatam intellectu pleniori hæreticam viderit ecclesiæ præfectus, vt multis exposuit Rupertus in Leuiticum lib. 2. cap. 23. Proinde quoque Subinco præsul Pragensis orienti Hußitarum calamitati obuiam ire cupiens libros Ioannis Vuicleui ad se ferri, omnésque, doctorum virorum consilio adhibito, publicè concremari iußit, vt refertur ab AEnea Syluio histor. Bohemicæ cap. 35. ac sic iam antea B. Dominicus, cùm huiusce prouinciæ nostræ hæreses extirpare conaretur, multos exuri fecit libros hæreticorum. & aliquando cùm ipsis libuisset hæreticis vt de libellis suis periculum fieret, iis vt ignis iniectus est toti protinus incendio conflagrarunt: at ipsius Dominici libellus de fide catholica scriptus igni admotus nũquam absumi potuit, cùm veluti sensu quopiã tactus,

ab igne semper resileret, magno Dei miraculo, ex quo plurimi se ab errore remouerunt, vt relatum est in eo opere, quod inscribitur, De viris illustribus ordinis prædicatorum, & similiter in historia Longobardica dicta, cap. 108. & alibi sæpè. simile item est quod scripsit Orosius lib. 1. ca. 5. de pentapoli regione, in qua erant perditissimæ illæ ciuitates: inibi & exustam primùm igne terram totam, quæ illas habebat ciuitates, pòst oppressam aquis in æternam damnationem communi periisse aspectui. tum quod legitur 4. Reg. cap. antepenul. de Iosia rege, qui & vasa Baal facta combussit. & sic Frotho rex Danorum statuam quandam diuinis cultam honoribus in vrbe Rostolz incendio mandauit, vt narrat Sialandicus historiæ Danicæ lib. 14. Porrò draconis lege apud Athenienses legimus cautum, vt inanima etiam ipsa, quæ mortis cuiquam fuissent causa, cædis tenerentur, & extra regionis terminos eiicerentur. atque ea de re peculiare iudicium constitutum, ex decem vnum cui in Pritaneo locus: vbi quotannis securis accusabatur. vt latius videre est vel apud Nicolaum Leonicum variæ histo. lib. 2 cap. 30. & 65. ob ídque dicebat Ae-

Hîc vide plurima inanima odio prauitatis exterminata, tum aliâs veluti punita.

ſchines oratione ſua aduerſus Demoſthenem: graue eſſet (ô viri Athenienſes) ſi ligna & lapides, & ferrum, res mutas & ſenſu carentes (ſi caſu quem occiderint) exterminamus: ac ſi quis necauerit ſeipſum, manum, quæ hoc peregit, abſcindimus & ſeorſum à corpore ſepelimus: Demoſthenem verò, qui exitiabilis exitus autor fuit, & poſtea milites prodidit, honoraueritis. Similitérque refertur ab Oroſio li.2.cap.6. Cyrus rex Perſarum, cùm Gyndes fluuius ſecundæ poſt Euphraten magnitudinis, eius equũ quendam candore formáque præcipuum cum equite merſiſſet, id vlciſci in amnem ipſum ſtatuiſſe, & conteſtatus eũ qui tum tam præclarum equũ equitémque vorasſet, futurum vt fœminis vix genua tingẽtibus permearetur, & ita ipſum per magnas conciſum deductúmque foſſas in quadringẽtos & ſexaginta alueos diuiſiſſe. ſic & Xerxes, autore Herodoto lib.7. cùm audiſſet Helleſponti traiectum pontibus iunctum à ſe fieri mandatum, tempeſtate omnino diruptũ atque diſſolutum, id indignè ferens iuſſit, in Helleſponti pelagus par compedum demitti, & ipſi Helleſponto trecenta verbera infligi, & colaphos incuti, & ſtigmata inuri, &

dici: ô aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnam, quòd eum læsisti, qui de te nihil malè meritus erat, te tamen rex Xerxes velis nolisue transmittet. meritóque nemo hominum tibi sacrificat, vt flumini doloso pariter & amaro. barbara ac vesana verba, vt idem quoque Halycarnaßeus ait. Verùm eiusmodi quicquid est, vacās quidem ambitiosa superstitione & stultitia, haud vanum est & ita commoda ratione in irra-

In irrationalia etiã animaduertitur.

tionalia animaduertitur, ad terrorem scilicet & emendationem rationalium hominum c. mulier. & ibi not. 15. q. 1. atque ideo vt citius pereat abominatioris flagitij memoria, irrationale, quo cum id est admissum, vnà cum homine igni absumitur, vt & voluit Io. Gallus. q. 162. facítque l. 1. de mulier. quæ propr. ser. se iunx. inf. & l. omnes. ad leg. Iul. de adul. lib. 9. Theodosiani C. quam alibi retulimus, & lex ipsa dei, quæ proximè ante id Leuit. ca. 20. habetur. & inde in similibus similiter fieri debere videtur: vt si bestia hominē occidat, vel comedat, pariter moriatur. id quod & iubet Plato in suis legibus lib. 9. in hócque est lex diuina Exod. 21. ita habens: si bos cornu percusserit virum aut mulierem,

& mortui fuerint, lapidibus obruetur, & nõ comedētur carnes eius. &c. facítque tex. l. 3. t. proximè superiori, proterítque eiusmodi animal suspendi iuxta tex l. capitalium. §. famosos, de pœ. ff. & ad ipsarum bestiarum terrorem: quæ nimirum similibus obiectis mouentur, & timent, & sentiunt sibi quodammodo nocitura, cùm naturalis iuris peritia censeantur, vt habet Iustinianus instit. de iur. nat. gent. & ci. in princ. & refert Plutarchus in lib. de fortuna Romanorum, canem apud Romanos in cruce sublatũ, quòd, quemadmodum anseres, non prodidisset Gallos Romam capientes. & Frotho ille Danorũ princeps, cùm quendam in commeatum supra statutam mensuram accipere cõperisset, grauioris furti obnoxiũ decernens, mox vnà cum lupo traiectis ferro neruis suspendi iußit, vt lupinam illius prauitatem demonstraret, quod memorat Sialandicus lib. 5. cæterùm anathematizantur, hoc est deuouentur & diris imprecationibus percutiuntur hominibus nocentia & vel plantis damnum inferentia irrationalia, vt factum muscis infestißimis aliquando à B. Bernhardo, narratur in historia Lõgobardica cap. 15. & multa exempla in hoc retulit Pet.

Anathematizantur irrationalia.

Lesuanderius tracta.de doctoribus par.1.q.18. & multò plura tradidit Chass.consil.1.

Insuper etiam existimationis suę periculum sustinebunt.) *Hoc dicitur de præside prouinciæ & cæteris in officio & magistratu quocunque constitutis, quòd vel negligentes efficere quantum possunt vt leges in hæreticos latæ sortiantur effectum & obtineant omnino, supra grauem mulctam (quam pati debent) fiant infames, & ita scilicet officio & dignitate priuentur, vt declaratur inf. de dignit. l. iudices & de decu. l. infamia. & ibi not. & in regul. infamibus in 6. quod & planè statuitur in eiusmodi negligente Episcopo, eo.tit.de hæret. in antiq. c. excommunicamus. 1. §. fi. vbi multa in hòc Feli. ac c. ad abolendam. §. statuimus. & vers. ciuitas, eo.tit. & c. vt officium inquisitionis. §. fi. & ibi egregriè docentes, præsertim Gemi. & Franc. eo. in 6. Porrò si planè etiam dolus in his committatur, & vel dignum morte hæreticum iudex elabi sinat, anima eius pro anima illius esse debet, iuxta tex. 3. Reg. 20. & lege fi. tit. sequen. Cæterùm in hoc Constan. Hermenopulus epitomes suæ iuris lib.6.tit.11. qui est, de*

Magistrat' negligétis in hæreticos officium suũ exercere pœna.

Magistratus morte dignũ hæreticũ elabi sinens, dignus est morte.

iis qui paganiſmum affectant, & hæreticis, ita ſcripſit: Manichæi Chriſtiani facti, poſt ad Manichæorum factionem relabentes, vel qui cum his familiariter conuerſantur, eóſque non tradunt præſidibus, vltimo ſupplicio ſubiugantur. & qui ſunt in dignitatibus poſiti vel in magiſteriis militum vel in conſiſtoriis, cautionem adhibebunt nequis talis reperiatur. ſi quidẽ ſi norint eum & non tradant, etiam ſi Ortodoxi ſint, extremo ſupplicio ſubiiciuntur. quod planè dignum eſt obſeruari, vel propter vtilitatem vel propter magnanimitatem & magnificentiam Chriſtianæ vnitatis & ſynceritatis, vt perſpicuum eſt etiam per ſe ſatis, necnon adhuc multis vulgatis locis.

LEX NONA.

SI qui.) *Lege quidem tertia & ibi notatis eo. ſup. ab eccleſiaſticis omnibus hæretici pelluntur, & prohibentur admitti eorum conuentiones vllis ſiue publicis ſiue priuatis locis: iis etiam, ſi contra fiat, eccleſiæ catholicæ vendicandis. at hîc etiam poſſeſſio, in qua fuerit eccleſia vel oratorium, in hæreticos alienari vetatur: etſi*

*contrà fiat fisci iuribus decernitur vẽdicari. ipsa tamen & hoc casu ecclesiæ fieri loci: cõstituitur denique nouella Iustiniani.*131. *omniáque prædicta breuiter comprehensa sunt nouellá* 37. *his verbis :* μὴ ἐχέτω δια δήποτε αἵρεσις οἶκον ἢ τόπον προσευχῆς. *ceterùm quod dictum est, fisci iuribus vendicari, decernitur, vt vel fisci cura ecclesiæ illæ & oratoria diligentius & solicitius instaurẽtur.*

In hæreticos alienatæ ecclesiæ quomodo fisci iuribus vendicentur.

*Et videre licet hîc amplum & pulchrum textum, quòd principis prouidentiæ est maximè curare vt ecclesiastica loca instaurentur, & cultu aßiduo per omnia secula seruẽtur, nec permittãtur vllo modo solitis viduari mysteriis, & populorũ cõuentionibus: vnde scilicet viæ Siõ lugere dicãtur, eo quòd nõ sint qui veniãt ad solennitatẽ, iuxta Hieremiam in lamen.ca.*1. *& in hoc est longè conuenientißima Caroli sexti regis quondã Gallorum constitutio relata in stilo parlam. tit. de reparationibus ecclesiarum. & sunt multa tradita per Aufreriũ decisio. sacelli Tolosani* 149. *&* 499. *& in repetitio. cle.* 1. *de offic. ord. regula* 2. *limit.*26. *& Benedictũ in rep. c. Ray de testam. verbo, & vxorem. nu.*430. *& verbo, si absque liberis.*2.*nu.*33. *& qui-*

Quid sit principis prouidentiæ.

busdam sequen. Hincque demum notandum, hæreticorum omnium proprium esse nolle ecclesias esse vel ecclesiastica ulla. Unde in ecclesiam Dei conspirare omnes rectissimè etiã dictum est ad princ. l. quicunque. eo. sup. Id verò nimium sensit temporibus nostris illustris Germania: & iam antea furiosa rabie Hussitarũ eius Bohemia, quæ tam frequentibus, tã augustis, tam ornatis tẽplis ditata erat, ut nullum adeò totius Europæ regnum, ut testatur Aeneas Syluius Bohemicæ historiæ cap. 36. In id autem insanum odium & factum scripserunt complures Theologi clarissimi, & nos reip. nostræ lib. 2. cap. 5.

Hæreticorum propriũ, nolle ecclesias & templa esse vel quicquam in eis.

LEX DECIMA.

COgnouimus. cæteris liberis eorum, qui non Dei omnipotentis amorem, sed paternam vel maternàm impiam affectionem secuti sunt, ab omni beneficio repellendis.) *Hinc nota liberos hæreticam aut scilicet aliâs aduersam deo voluntatem patris vel matris sequi non debere, sed Dei omnipotentis amorem, qui certè pater est nobis cæteris superior, ut ipse sæpè testificatus est; qui non mentitur Christus.*

Deo potiũ, quàm parẽtibus obediẽdũ.

& in hoc præclarè Damascenus in historia duorum Christi militum. Sed & A. Gellius noctium Atticarum lib. 2. cap. 7. in quæstione, an patri parendum sit, censens mediam sententiam amplectendam: vt neque in omnibus ei parendum sit, neque in omnibus non parendum, sed in bonis quidem, & quæ vel mala non sunt ei parendum, & eo etiam iubente ea in quibus obsequi non oportet, leniter ac verecundè ac sine detestatione nimia & exprobratione acerba reprehensionis declinãda quodammodo magis quàm respuẽda, scilicet vt vel inde magis intelligat ille se malè iubere, at vel in hæresi maximè patrẽ corrigi planè à filio consueuit, quanta potest primum modestia, & reuerentia: deinde verò etiam modis omnibus quippe cuius præcipuè interest illum esse catholicum, ob charitatis officium, & huic quoque subseruientẽ seculi honorem. in quo & faciunt leges, prima, 2. & 4. de cur. furios. ff. cum si. adhæc Fortu. Gartia in l. Gallus. §. idem credendum. col. 4. de lib. & post. scribit, aliam tenere opinionem à patre recta ratione sua deri, dum tamen ea recta credatur & recta intentione veritati intendatur. tametsi igno-

In hæresi maximè pater à filio corrigẽdus.

rantes à recta nonnunquam aberrent via. & Celsus pater iurisconsultus à Celso filio reprehensus inuenitur in l.dedi.§.si quis.de cōdic.caus.d. sic scilicet & sectas suas constituerūt Hillel & Schameai apud Hebræos. de quibus in capitulis patrū Hebraicis. Insuper & notauit Ioā.à turr.crem.in c.quis dubitet. dis.96.quòd filius iudex tanquam iudex potest patrem iudicare. In quo est declamatio Quintiliani aui.300.nec ab re est quòd dixisse legitur Lucæ.II.Iudæis Christus, quòd scilicet filij ipsorum iudices essent futuri. Vt sanè cōtinget vel in die resurrectionis; quo & Apostoli ratione assesionis, & cæteri sancti approbationis; quin & mali comparitionis iudicabunt malos, vt docent theologi passim. Adhæc nota omni legitimo beneficio carere liberos impios. ideo & parens qualiscunque sit & Christianus nullomodo eis tenetur, vt & not. in l. vlt. in fi. de dotis promissione. inf. & in l. si verò. de in rem. ver. ff. & traditur à Bap. Sanctobla. tracta. de priuileg. do. priuil. 329. ita Iudæus factus Christianus, remanentibus in Iudaismo liberis non tenetur. in quo & facit sequens auth. similitérque liberi hæreticis se matrimonio adiungentes, li-

Omni legitimo beneficio carēt liberi impii.

cet aliàs ipsi videantur catholici, non solùm futura parentum auxilia frustrà sperant, verumetiam si quid eis antè datum est, amittũt: quando etiã expreßißimo iure eiusmodi matrimonia prohibita sunt, nisi scilicet hæretici amodo se catholicos esse futuros legitimè spõderent & profiterentur: quo casu & catholici habentur. Vnde & mulier ad fidem reuersa gaudet priuilegio dotis mulieribus concesso. ad hæc c. decreuit & ibi Doc. c. caue. & seq. & ibi not. 28. q. 1. Pan. in c. gaudedemus. de diuor. Ex his quoque, inter alia, inferri potest, quòd licet exhæredati à patre legitimè nihilominus petere poßint necessaria à fratribus, ex eorum persona, vt tradũt Doc. in l. 1. Sol. mat. ff. Bap. Cacial. in l. frater. q. 30. de condic. ind. ff. tamen prædicti liberi, hæresis odio etiam parentum auxilio distituti, & à fraterno & quocunque alio beneficio iure repellantur.

Necesſitatem imponimus talibus genitoribus, Orthodoxos liberos, secundum vim patrimonii alere, & omnia eis præstare quæ ad quotidianæ vitæ conuersationem sufficiant: sed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias dona-

donationes pro filiis vel nepotibus perſcribere.) *Hinc notare licet, quòd quamuis auus regulariter non teneatur dotare neptem, quæ ex filia fuerit (cùm nec eiuſmodi deſcendentes alere teneatur, niſi ſuperſtes pater eius nõ eſſet, aut omnino egeret l. penul. de lib. agnoſ. ff.) tamẽ impius eandem ipſam omnino dotare tenetur. Et hoc caſu haud dubiè verũ eſt quod tradit & ſimpliciter Socy. in l. 1. col. 8. ſolu. matr. ff. auum ſcilicet teneri etiam diuitem neptem dotare & quam ipſe pater de proprio poteſt dotare. de quo ibi etiam cæteri & Bal. in l. profectitia. de iur. dot. ff. & Campezius tract. de dote. q. 18. facítque Bal. in auth. ex teſtamento. de coll. inf. & Nicol. Vbaldinus in tract. ſucceſſio. ab inteſ. col. penul. Porrò ſimiliter hinc dices quòd licet aliâs mater non teneatur filiã vel neptem dotare, niſi aliunde dotari omnino non poſſet, & à matre ipſa poſſet, l. neque mater. de iur. do. inf. Baptiſta à S. Blaſio tracta. de priuileg. dot. priuileg. 105. & 98. tamen omnino ad id tenetur mater ipſa quidem impia, vt idem Baptiſta docet in tracta. correlatiuo. par. 5 fallen. 50. & Archid. in c. hoc ſanctũ. 32. q. 2. Campezius tract. de dote*

An auus teneatur neptẽ dotare.

An mater debeat filiã vel neptẽ dotare.

lz i.

q.22. & 47. id exprimens de Iudæa matre, & filia quæ effecta est Christiana. in quo & dicunt istum textum singularem Angel. & Ias. ad. §. fuerat, de actio. instit. nēpe quòd pater Iudæus & similis filiam effectā Christianam dotare teneatur, & donationem propter nuptias constituere filio, qui factus sit Christianus. quod & hîc notat Salic. Vnde vel in huiusmodi etiamnum planè vtiles sunt vbi seruantur Iudæi traditiones istæ. Cæterùm hinc nota, quod iure dicitur, patrem teneri alere filium non indignum seu ingratū, qui non potest operari valetudine mala, vel non habet artem qua se ipse alat (quod tetigimus in l. quic. de episc. & cler. sup.) intelligendum secundū facultates patrimonij, id est bonorū quæ dicūtur deducto ære alieno: quas facultates nemo ignorare presumitur, vel debere ignorare videtur. & ad hæc not. in l. nō plures. de sacrosf. eccl. sup. & quod hac ipsa lege etiam mox dicitur obtinere in omni casu. item l. quæro. & l. cùm post. de Iur. dot. ff. l. fi. & ibi gloss. verbo, idoneam. de dot. promiss. inf. authen. vt cùm de appell. cog. §. causas versi. si alicui ex prædictis. l. cùm alimenta. §. 1. de alimen. & cib. leg. ff. Insu-

In Iudæis vtiles traditiones.

Quomodo pater teneatur alere filiū.

per Cyn. ad l. sancimus. de nup. inf. Bartol. in l. cum de in rem verso. de usur. Cāpez. tract. de dote, q. 89. Alex. cōs. 109. col. 1. par. 2. cum l. Papinianus. in §. quarta de inoffi. testam. l. bona. 2. de verb. & re. sig. ff. l. quisquis de resc. vend. inf. subindéque nota idem significare patrimonium, quòd bona significant. id quod & voluit gloss. in l. rei appellatio. de verb. & re sig. ff. quam dicit singularem Bal. in margarita sua, verbo, patrimonio, & Baptista Castilioneus in addition. ad dictionarium Alb. Rosati verbo patrimonij. Ita & hinc nota quòd & dos debet præstari secundum bona quæ possidet qui prestare debet. & adde nihilominus quòd præstari debet dos secundum bona dignitatémque viri d. l l. quæro, & cùm post. de Iur. dot. ff. vt sic iure pater teneatur planè ampliorem dotem dare filiæ, quæ digniori nubit. & id ius sequi debet iudex qui diuturnius absente patre constituit etiam non requisitus filiæ dotem l. profectitia. §. 1. de iur. dot. Bart. in l. 1. col. 3. solu. matri. ff. Ioan. Imo. in l. cùm dotem §. eo antem tempore. vers. necnon. (vbi est tex.) eo. tit. Campez. d. trac. par. 1. q. 96. Insuper illud nota clarissimè ex textu, quòd ne-

Patrimoniū idē significat quod bona

Quomodo dos debeat præstari.

Pater tenetur etiã onera filij ferre.

dum pater tenetur alere filium, verumetiam cætera onera eius sufferre. de quo etiam textus est simplicißimus in l.5. §.non tantùm. de lib. agnósc.ff. facitque Socy. cõsil. 161. l. quòd si §.proinde.de in rem vers. l. profectitia.§. si filiusfa. de iur.dot. Proinde apparet quòd pater qui tenetur alere filium, & vel misit eum (quod dicitur) ad studium, & disciplinæ alicui destinauit, debet ei præstare omnia quotidie ad id necessaria: præcipuè etiam, cùm aliâs necdum destinato disciplinæ cuiquam filio, si incumbere velit studio literario, pater vt id poßit, præstare debeat, & suppeditare neceßaria, vt tradit Paul. Cas. in l.serui. de episc. & cleric. sup. Luc. Penn. in l.1. qui æta. vel profeß. se excus. inf. & de hoc Barthol. Belog. in repetit. auth. habita ne fil. pro pat.inf. col.36. ídque notant Lau. Hu. Arch. Præp. in c. si quis carnem. 30. dis. quòd parentes obligantur liberis nedum ad alimenta, sed etiam ad alia necessaria: vnde compelli possunt ad alendũ filium etiam in scholis absentem: cùm illa sit honesta absentiæ causa, & possunt cogi à iudice, scilicet vel syndico oppidi postulante, iuxta not.in l. si quis ad decl. de episc. &

Pater tenetur incũbẽti, vel incũbere volenti literis filio necessaria prestare.

cler. sup. cum not. in l. 1. sol. matr. ff. Itaque eiusmodi filio maximè debebit præberi tẽpus studio sufficiens, & non debebit ab ipso auocari, & alia quacunque in re occupari, vel ad vigesimumquintum annum: nisi fortè subesset quæpiam omnino id exigens necessitas l. 1. & 2. qui æt. vel professß. inf. & subinde hunc obserua curiosius vt specialem casum, in quo quodammodo qui ali debet ab aliquo, non debet illi operari: quandoquidem regulariter contrà, illi debet operari quisquis ab aliquo alitur, vt est traditum per Ias. in addit. ad Por. inst. de iure natur. col. 3. & Creuet. consil. 25. Sed satis operatur patri filius si bene studeat, doctus & probus efficiatur, quoniam sapiẽtia filij, gloria est patris, vt ait Hebræus, & notatur à nostris sæpe. Porrò verò ex prænotatis etiam videtur quòd pater, qui tenetur alere filium, debet etiam alere vxorem eius, & legitima ob id onera sufferre. hócque argumento à pacto ad legem, vt quod obtinet in pacto, habeat locum & in lege, l. quisquis & ibi not. de episc. & cle. sup. sed certè qui promisit alimenta viro, tenebitur etiam eius vxori præstare, & scilicet illis seruientibus necessariò per-

Filius non debet à patre auocari à studio literarũ, vsque ad 25. annum.

Casus, quo quis nõ operatur ei à quo alitur.

Pater tenetur filij vxorẽ alere

Qui promisit alimenta viro, tenetur etiã vxori.

sonis, l.2.de vs.& hab.ff.c.studeat.50. dis.c. admonere.33.q.2.vbi & est glossa. expressa, & singularis, secūdum Barb.in c.nullus. col. 7.de fo.comp.& in c.iurauit col.5 de probat. & Ant.Corset.in trac.de po.& excell.reg.q. 30.& in rep.c.grandi.nu.81.de supplen. negl.præl.& est tex.apertus in l.si filia.§.1.fa. hercis.ff.& id tradit expreßim de sumptibus nuptiarum Baldus consil. 62. & planè Guido Papa consil. 127. in fi. patrem teneri alere vxorem filij sui. & certè idem Bart. tracta.de alimen.quæstione ipsa incipien. an pater tenetur alere nurum. & Aret. consil. 17.col.8.quod tamen non obtinet, si dotem filius vel pater non receperit: quo casu & domo expelli potest vxor à marito ipso, & non admitti donec dos soluatur: nisi fortè promissa non esset, aut paupertate non posset dari, c. per vestras. & ibi not.de don. inter vir.& vx.Corset. tracta de potes. & excell. reg.q. 72.limita 45.Camper.tract.de dote, par.2.q. 54.gloß.in auth.de non eligen.sec.nub.sing. secundum Bal.in c.quemadmodum col.2. de iureiu. Cyn.in l. quod in vxorem, de nego. ges.Bal.in l.fi.col.2.de sen.quæ sine cer.quāt. profe. infr. tum illud non obtinere multis

Quando vxorē filii alere non teneatur pater.

visum est, si filius inconsulto patre vxorem duxerit indignam, vt impudicam, vel aliâs tam ignominiosam, vt dedecori sit tam sibi quàm toti paternæ familiæ, & siquidem scilicet vel lex municipalis de hoc extet reducẽs ius vetus l.3.de bon.poß.cont.tab.ff.quod certè aliâs (vt ibidem notatur) non obtinet. & planè idipsum non debet obtinere vbi esset contrarium charitati, præcipuè à iure expressæ, vt in c.inter opera charit. de sponsal. & in auth.de leno.quo casu etiam tenetur pater vel seorsum vxorem filij alere.nec ob id scilicet erit iusta causa denegationis alimentorum, quòd filius seorsum cum ipsa habitet l. libertis libert.de alimen.& cib leg.ff.in quo & Cacialup.in rep. l.frater à fr. qq.29.31. & 32.de condic.inde.ff. facítque Campez. tract.de dote par.2.q.62.similiter tradens de vxore alenda à viro si sine culpa sua, hoc est vel volente viro seorsum habitet. in quo est & tex.in l.cùm hic status.§.si mulier & maritus de dona.inter vir.& vx. ff. & Guid. Pap.sing.534.& Aufrer.in decis.Sacelli Tolos.87.Præterea illud dici videbitur absurdiùs de filia, vt si indigno nupserit sine consensu patris non debeat ali aut dotari: quòd Quid si filius inconsulto patre vxorẽ duxerit indignam. Quid si filia indigno nupserit sine consensu patris.

toti familiæ paternæ notã inurat, quãdoquidẽ in alienã familiã nubens transit mulier, nẽpe viri, cuius est familiæ, vtiq; vxor, l. falsus. §. Iulianus. quod fals. tut. ff. Bart. in l. 1. ad fi. de iniur. Ias. in §. 1 ad fi. ad Tertull. inst. ac postea vidua eiusdẽ familiæ habetur, donec iterũ nupsit, retinétq; nomẽ prioris mariti, & domicilũ, & priuilegiũ, si quod habebat ipse vir: nisi fortè vel inhonesta vita lædat pristinimatrimonij honestatẽ, vt traditũ est à Bart. in l. quoties (vbi & cæteri) de priu. scho. inf. Mars. in rep. l. 1. de rap. Io. Ana. cõs. 36. in fi. Georg. Nath. in rep. c. quãuis. q. 11. circa quartam & vltimam quæstio. principal. de pac. in. 6. & Anto. Cors. trac. de pos. & excel. reg. q. 29. & in singularib. verbo, priuilegiũ. & si contrà nõ retinet pœnale quicquã vidua: vt si lege municipali cauetur vxores eorum qui sunt in exilium missi, nõ permitti in ciuitate manere, eiusmodi viri quondã vxor, nũc vidua nihilominus permittetur in ciuitate manere, vt docet Alex. con. 162. col. 2. par. 2. Porrò quãuis in patris potestate semper remanet quæ nupsit, et iura sanguinis nõ dissoluit, etiã iure canonico, quẽadmodum & ipsi filij familias vxorati, Glos. iusti. ad Tert. in princ. Ioã

Mulier est familiæ viri.

Vidua retinet nomen & priuilegium viri.

Vidua nihil pœnæ retinet à viro.

Filia maritata est in potestate patris, & filius vxoratus regulariter.

Monta.trac.de digamia quæſ.1. Angel.in l.ſi vxorē.de cond.inſ.inf. Pan.in c.literas col.pe. de reſ.ſpol.tamē vt filiusfamilias ſeorſum vel principaliter cum patre habitans decennio iure communi aut ſtatim & filia Toloſano iure, ſui iuris efficitur, vt tradit Benedic.in rep. c.Ray. verbo, matrem inſuper Cleram, circa princ. & nu.25.de teſta.ita certè planè conſuetudine regni Franciæ, mulieres in virorum tranſeunt poteſtatem, vt teſtatur Faber ad d. princ.trac.de Tertull.ſenatuſ. Inſt. & ad l.nō ſinc.de bo.quæ lib.inf. ſicut & iure Lōgobardorum habetur l.1.qual.mulier.lib.alie.permiſ. Ac fortè iure Romanorū quondam plano, vt indicare videntur illa Quintiliani ſenioris declam.259. & vt virgo pertineat ad patrem, tamen nupta pertinet ad maritū poſt illū, quo ſpes liberorū inchoata eſt: retulítque Cæſar, tum Annonius monachus apud Gallos viros in vxores ſicuti in liberos, vitæ necíſque habere poteſtatem. At nunc imperare illis quemadmodum olim Romanis, vxores aiunt. Nihilominus tamen Clauaſius in verbo, filius.nu.25. & verbo dos.nume.4. planè cenſet indigno nubētem filiam ſine conſenſu patris, priuari dote, per glo.c.de raptoribus 36.

Quomodo & vbi liberi, ſine manumiſſione, liberãtur à patria poteſtate.

Quibus iuribus ſilię maritatæ ſunt in virorum poteſtate.

Vxores apud Frãcos viris impe rant.

q.1.quòd non velle glossam, aut velle quidẽ secundum prædicta videtur intelligendum, præcipuè cùm in c.vlt.32.q.2.eiusdem authoris glossa & idem ius citans simpliciter habeat in nuptiis filiæ non esse necessariam voluntatem parentum, quantum ad hoc, vt teneat matrimonium, sed aliâs, maximè si est minor, scilicet vt vel legitima solennitate honestetur & decoretur, d.c.aliter cum si.30. q.5.aitque patrem eam dotare teneri. & Baptista à S. Blasio trac.de priuil. dota. priuil. 259.dicit illas glossas ad hoc singulares: & comprobat iure canonico, patrem teneri dotare filiam, etiam quæ sine eius consensu nupsit. id quod etiam docuit.Pan.in c.1.de desponsa impub. Et ita eiusmodi filiam iure canonico non incurrere vitium ingratitudinis, nec posse exhæredari, idẽ tradit consil.12. & Campez.trac.de dote, q.13.& quòd lex municipalis contra hoc non valeat, defendit Vincentius Herculanus lata disputatione incipiente, Perusinus quidam. q.3.ac satis amplè Alex.cons.97.dicit tamẽ & Baptista à S. Blasio in trac.correlat.par.5.fallen.48.ob id quidem filium nõ exhæredari iure ciuili vt not. in d.l.3.de bo.poss.cont.tab. ff. sed filiam qui-

dem minorem viginti quinque annis, auth. sed si post. de inoff. testa. inf. vbi & multis de hoc visus est textus apertus, & nobis primo obtutu, at minimè postmodum, præcipuè loco vnde is sumitur, totus & diligẽter animaduersus: sed quidem ad hoc planè, quòd exhæres fieri poßit filia, quæ minor vigintiquinque annis luxuriosam degere vitam in corpus suum peccans elegit. de quo Bal. cons. 253. to. 2. denique verò multò planißimum est vel filium, tantùm patre inconsulto ducentem vxorem, alioquin honestam, & genere & moribus, & si fortè non adeò diuitẽ vel aliâs parem, non amittere vllo modo beneficia legitima parentum. & si primum videtur & ipsum matrimonium non valere, dicente Tertulliano lib. ad vxorem 2. vnde sufficiam ad enarrandam fœlicitatẽ eius matrimonij, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, pater rato habet? nam nec in terris filij sine consensu patrum ritè & iure nubent. Et Euaristi Papæ aliorúmque plurium constitutionibus expressum est, legitimũ nõ esse matrimonium quod non parentibus & propinquioribus interuenientibus fuerit celebratum, c. aliter. & seq.

An matrimoniũ liberorũ incõsultis parentibus initũ valeat.

30.q.5. & inter alios Bernhardus Guido episcopus Lodouẽsis in suo magno chronico scribit Euaristum Papam 6. constituisse vt coniugium à parentibus sponsetur, & demum à sacerdote benedicatur: & Sotherum Papam 13. similiter constituisse, vt legitima non habeatur vxor, nisi per sacerdotem benedicatur, & à parẽtibus fuerit solenniter tradita, & à Paranymphis custodita. vt vitẽtur multa pericula, quæ circa matrimonium contingere solent. ait & Alex. ab Alex. genial. die. 2. cap. 5. impares nuptias aut sine testibus ac patre nõ iubente legitimas non esse. & planè id iure ciuili traditur, vtique non valere matrimonium sine consensu patris initum, & filios ante natos eiusmodi matrimonio legitimos non effici l. Paulus. & ibi gloss. Bart. Bald. Angel. de stat. ho. ff. & Rosell. tracta. legitimat. col. 3. nisi pater captiuus & multo tempore absens fuisset, & tale matrimonium ita eo inconsulto contraheretur, vt sit verisimile assensurum fuisse patrem, si adfuisset l. si filius. cum ibi not. de ritu nup. ff. Attamen pluribus visum est generaliter valere eiusmodi matrimonium iure canonico, vtique in his attendendo, c. fi. de sec. nup.

& ita correctas leges ciuiles, quæ necessariò requirebant consensum patris in liberorum nuptiis, c.1.27.q.2.c.1.30.q.2. Anchar.in repet.c.1.cui initium, canonum statuta.de constitu.& in consil.21.not.in c.fi.32.q.2.& in d.l.Paulus de stat.homi.ff. & item per Alcia. in l.inter stuprum.de verb.& re.sig.exprimentem etiam patre reclamante matrimonium à filio contrahi posse. Vnde & magis absente, & non certiore facto patre matrimonium à filio contrahi posse dixeris, iuxta l.4. §.illud videamus.de fideicō. liber.ff.Bal.cōs. 383.col.2.atque satius id esse, si vel omnino fieri debere illud appareat, & consultos parentes impedituros ne fiat. etenim scriptum reliquit Hegesippus lib.2.cap.9. superfluum esse suadere quod fieri oporteat, cùm audientium assensus in deteriora sit.&c.Plinius ad Quadratum lib.epis.9. non esse consulendos, quibus consultis obsequi debemus.& B.Augustinus in sermone de Cypriano martyre, in re manifestè iusta nullam cōsultationem esse. Adhæc haud dubium est multis satis notis iuris locis vndique summè necessariā haberi, & præcipuè cōmendari in matrimonio libertatem. tum planè inquit Fabius senior de-

clam.257.nuſquam libertatem tam neceſſariam, quàm in matrimonio eſſe. ſicque declama.376. dicentem facit adoleſcẽtem, qui abdicatur à patre ob id, quod liberè duxit vxorem: quid tum? neſcis noſtri arbitrij eſſe matrimonia? affectus noſtri vobis non ſeruiunt. non potes efficere imperio vt vel amem quam velis, vel oderim. Matrimonium verò tum perpetuum eſt, ſi mutua voluntate iungitur. Cùm ergo quæratur mihi vxor ſocia thori, vitæ conſors in omne ſeculum, mihi eligenda eſt: alioquin quid proficis inuitum cogi? repudiabo. quanquam profectò in hoc prudenter & diligenter attendendum eſt à liberis, ne ſolum quod liceat agant, ſed & quod honeſtum eſt, l. ſemper de rit. nup. ff. ſecundum quod & ab Apoſtolo dicitur, licere quidem, ſed non expedire omnia. Ab iiſdem conſiderãdum eſt quoque, quòd non habent meliorem amicum quàm patrem. l. quidam cùm. de hære. inſt. ff. qui & dicitur ſolere capere conſilium pro liberis l. pen. de cur. fu. inf. l. nec in ea. ad leg. Iul. de adu. ff. & nõ ceſſare laborare noctes & dies, ne egentes relinquat eos in cõtemptu hominum, & periculis mundi non ſatis iuuenibus cognitis, c. cùm apoſt. §. prohi-

Attendant hîc liberi.

bemus.de cens.l.vlt.§. filiis autem de bo.quæ lib.inf.Itémque ipsi parentes verè nobile cor habere debent,non superbum,ac(vt vno verbo dicam) mundanum,adeò, vt cùm intellexerint liberos iniisse nuptias, statim se deiiciant, & impotenti ira vel mœrore se conficiant:quasi scelus operati sint, & demersi ad inferos liberi. quod quidem planè malum & dolendum esset,non illud, quod & boni plurimi esse potest,& si hominibus sæpè ignota nec facilè apparẽs causa.Nec ab re videbitur quòd cùm Isaac Patriarchæ filius nomine Esau duxisset vxores Agamidam Melonis filiã & Alibamin Eusebonis virorũ Chananeorum semetipsum faciens dominum in potestate nuptiarum, & neque patris consiliũ sumens(quod nec permisisset Isaac, si in eius potestate fuisset:cùm non libenter admitteret cum alienis suam copulari cognationem) nolens molestus esse filio, vt iuberet eum à mulieribus abstinere, tacere decreuit, vt retulit Iosephus antiquitatum lib. 1. cap. 26.Itaque nec conandum est à parẽtibus vt vel dispensatione dissoluatur matrimonium huiusmodi, vel religionis ingressu nondum scilicet consummatum, iuxta scilicet c.ex publico.c.ve-

Huc attendant parẽtes.

rum.& c.ex parte.2.cõuerſ.coniug.cum ſi.ex quo ſæpe, cùm id non placeat, & oportunè nõ fiat, tanquam ex vno (quod dicitur) inconuenienti multa mala ſequuntur: ideóque ea iure pro certis habentur, vel maximè vt caueantur, l.ſi filius.cum gloſſ.de ritu nup.l.generaliter.§.ſi libero homini.de fideic.lib.l.qui bona.§.cùm inter.& §.vlt.de dam.infec.ff.& in hoc aureolus ſermo Omphalij videndus eſt lib.de ſuſc.propug.ch. R.item verò ſi & malitioſius agere parens decreuerit diſſipãdo bona, nihil aget & iure compelletur tradere filio legitimam, vel tanta bona aſſignare, ex quibus commodè viuere poſſit cum vxore, & ſufficere neceſſariis legitimiſq; oneribus: quæ quidem bona non poterunt alienari vel obligari: ſecundum Bald.in l.2. ſi quid in fraud. pat.inf.Caſtr.in l.Imperator ad S. C.Trebellian. Cacialup. in rep.l.frater à fra.q.33. de condictio.indeb.ff.

Ne propter diuini amoris electionem paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati.) *Hinc notare licet quod & prouerbij vice celebratur, quem occaſione bonitatis ſuæ damnum pati non debere: Imò & commodum aſſequi debere.ad quod & l.1. de iuſt.*

Occaſione bonitatis ſuę damnum nemo pati debet.

iust.& iur.ff.cum etiã huius ipsius legis textu superiori, & auth.sequen.& iis quæ denotata inuenies in l.1.ne Christia. mancip.inf. item c.Iudæi.1.q.4. (quod est caput concilij Toletani quarti sexagesimũ) & ibi not. & notatis finaliter ad l.in commodato. Cõmod. ff.& c.2.de fideiuss.& l.sed si quis.queãd. test.aper.ac l.quidam.de cõd.inst. vbi notat Bal.quòd benefacta sunt digna laude, non pœna. Et maximè hic textus notandus est pro bonis liberis malorum & condemnatorũ parentum: vt ob improbitatem & vitium patris non debeant puniri vel odio haberi, sed potius quòd propria virtute eniteãt, decorari & amari, iuxta Iosephum antiquitatum lib.4.cap.penul.c.præsbyterorum.&seq.dis. 56.nimirum (inquam) aliena laborant infamia, alieno, parentum videlicet morbo, seu vitio. vnde indigni misericordia nõ sunt, vt dicitur inf.de natur.lib.l.7.ad quam & notat Bal.subueniendum esse iis, qui laborant alieno morbo, veluti liberis condemnatorum, longè vtique miserabilibus personis. Idémque Bald.in cõsil.408.ex eadem l.ait, quòd magis digni sunt venia, qui alieno morbo laborant, quàm qui proprio. nam etiam proprio

Probis liberis malorum præcipuè subueniendum.

morbo laborantibus variè proculdubio indulgetur. & pulcher textus est in l. si cum mil. §.1. de compens. ff. vbi singulariter habetur tempus dari condemnatis ciuiliter humanitatis seu miserationis causa ideo non remorari compensationem seu quid simile fauorabile ipsis. nempe & secundum l. quod fauore de legib. inf. cum si. not. in l. intra dies, vbi vel maximè imolen. de re iudic. ff. Vnde & singulariter apparet regulam iuris, quæ habet, cùm quid simpliciter & die non apposita promissum est, præsenti die deberi, intelligi quidem actione, & libera scilicet solutione, at minimè solutione necessaria & coacta: quia nihilominus Ei inest tẽpus, quod iure indulgetur à iudicibus miserationis causa, vt dictũ est, pro persona & debili qualitate, & quãtitate iuxta l. 2. de re iu. l. si debitori: de iud. ff. not. in. §. omnis de verbo obl. in. §. fi. de inutil. stip. inst. Hoc verò etiã scilicet iuxta tradita per Paulum Castrẽ. in l. post rem. de re iudic. & not. in l. certum. vers. fi. atque vers. dabitur igitur. de confess. ff. & §. 1. de off. iud. inst. & si. sed & (quod lex diuina habet) differẽda solutio non est, sed sub die prabenda, tãquam nolente Deo fraudari quemquam vsu laboris sui.

Regulæ iuris, quod die nõ appositapromissũ est præsenti die deberi, sensus.

Paganorum.) *Hoc nomine hîc & lege seq. & simili titulo libro nouell. ll. Theodosii Augusti, & apud Hermenopulũ libri sexti tit. 11. inter hæreticos dicuntur, qui semel Christiani & catholici facti paganicam delirationem vel aliqua ex parte retinent, vel omnino resumunt: aut etiam qui post tantam christianismi lucem vtique maximum catholicæ fidei fulgorem, ipsi funestæ quoquomodo adhærent superstitioni, de quibus proprius tit. de aposta. & de paga. inf. Ac cõtra hos D. Aug. luculentũ opus de ciuitate Dei edidit, quòd cùm Roma Gothorum irruptione ingentem cladem perpessa esset, Deorum falsorum cultores vsitato nomine Pagani dicti, in religionem Christianorum illud referre conantes solitò acerbius Deum verum blasphemarent, vnde & Pauli Orosii historiarum illud vtilissimum opus. Extant & B. Augustini sex quæstiones aduersus Paganos epist. 49. ac simul contra Iudæos, Paganos, & Arrianos cõcio quædã, in qua ipsos Paganos, seu Goliam proprio percutit gladio, hoc est Sibyllarum vaticiniis, de quibus etiam inter alios multos pleraque admirabilia refert idem Augustinus d. operis de ciuitate Dei libro 18.*

Pagani hîc qui dicãtur.

Admirabiles sibyllinorum versuum.

cap.22. Ut Versus Erythreæ de Dei aduentu vltimo, & iudicio vniuersali futuro: quorũ Græcè scriptorum literæ primores efficiunt hæc verba, Iesus Christus Dei filius saluator, quos hic quidem Latinè habet, vulgus apud nos Gallicè aut etiã rudiori materna lingua, quos eosdem nocte natiuitatis Domini canit puer in suggestu ecclesiæ habitu sibyllæ ornatus & gladio atque flamma sulphurea ensem ambiente teterrimum ignem iræ Dei futurũ repræsentans: cui & concinunt presbyteri ex Augustino illud, iudicij signum, Tellus sudore madescet. qui tamen mos ecclesiæ opinor particularis, vix est vt non improbandus videatur per c. si quid veri, 37. dis. & quæ similiter scribit Iod. Clichtoueus de aduẽtu domini serm. 2. & Marsil. Ficinus in nonum caput Asclepij Trismegisti, tum notatis in c. censuetudinem. dis. 11. aliâs vtique planè cõprobandus c. in iis rebus, eadem dis. exprimitque Ioannes Gerson. inter alios alicubi, ecclesiasticam consuetudinem plus autoritatis habere, quàm aliquem doctorum sanctorum: & ordinem doctorum non præcipuum sed quasi præcipuum in ecclesia esse dictum est c. cum ex iniũcto. & c. sicut. de hæretic. &

Mos canẽdi sibyllinos versus in ecclesia an probandus.

Cõsuetudinis generalis ecclesię prima est & derogãs cæteris autoritas.

certè licet non depingendus imagine agni Christus dicatur c.sextam de consec.dis.3.tamen (ut ibidem & per Archidiaconum est notatum) illi iuri derogatum est ecclesiæ consuetudine generali, unde & in sacra hostia in qua verè assumitur Christus optimus maximus, imago agni, uti describitur in Apocalypsi, efficta est. & sic in urbis nostræ insignibus Christum repræsentans triumphãtem ea imago habetur. Et quamuis nisi certis temporibus baptismus conferendus dicatur de consec.dis.4.par.2.tamen quotidie quique baptizantur, menti utique canonum consentaneo ecclesiæ more, ut colligitur & c.si qui. & seq.ead.dis. Voluit quoque Archidiac. in c.quod autem.30.q.4.bona consuetudine obtinere, ut plures in confirmatione & baptismo esse patrimi poßint, contra c.non plures. de cons.dis.4.atque in ieiunio sentiunt plerique etiam particularem ecclesiæ consuetudinem præcipuè obseruandam, iuxta c. utinam.& c.illa.& sequen.12.dist.

AVTHENTICA.

I Dem.) *Hæc haud dubiè correcta sunt auth. sequen. & ibi videCynum Salicetúmque, Pa. & Feli.in c.vergentis.de hær. &Bereng.Fernandum in rep. l.in quartam.præfa.3. artic.3. conclu. 4. & item Fortun. Gartiam in l.Gallus.§.& quid si tantùm.nu.233.&seq.de lib.&posth. Atque huc pertinet quod scripsimus ad auth.si qua.de sacro. eccle. sup. notat & Crotus in rep.l.si is qui pro emp.col.19. de vsucap.inde cum l.patri.§.itē ex diuerso.de minor.ff.quòd restitutio,quæ procedit ex gratia & misericordia,minus est fauorabilis restitutione,quæ venit de iustitia.& deciditBal.in c.1.col.vl. de off.ordin.regem semel excommunicatum, & si postea absolutum, amisisse iura interea alioquin debita.*

Restitutio quæ venit de gratia minus fauorabilis.

Excōmunicatus perdit iura interea alioquin debita.

AVTHENTICA.

G Azaros.) *Hæc nominum portenta, vt & quæ scribuntur in c. excommunicamus 2. de hær. ad eos vtique pertinent, qui circa mille ducentos annos à natiuitate domini fuerunt hæretici in hac vel*

De hæreticis, qui post mille ducentos annos fuerunt inGalliaNarbonensi.

maximè Narbonensi prouincia & partibus Tolosanis, vt exprimitur in c. sicut. 1. eo. tit. At Albienses primū ab aliis nationibus inde, & ita deinceps planè ab omnibus dicti. celebratúmque triualiter illud: Albia fons hæresum, nescit amare Iesum. & dictum negotium Albigense, quod primùm prædicatione, deinde etiam armis aduersus illos susceptum est, quorum quidā vtique Arriani erāt, quidam Manichæi, quidā etiam Valdenses siue Lugdunenses, mali nimium noti. quorum omnium errores longè impios & absurdos, & exitium varium, ac ita fidei triumphum præclarißimum recenset opusculum innominati, at ni fallor Bernhardi Guidonis episcopi Lodonensis, inscriptum negotium Albigense, & plenius haud planè nominati quoque eius temporis monachi piißimi & diligentißimi simile opus, inscriptione carens, nisi quòd dicatum est Innocentio tertio pontifici maximo ab ipso authore P. valliū Sarnai monacho inibi dicto: vbi qui inter hæreticos perfecti, siue boni homines, qui credentes, & quomodo consolationem dare, vel recipere dicerentur, commodißimè habetur, ad iuris istiusmodi recentioris loca pleraque explicāda, quæ nos

bona ex parte ex archiuis regiæ domus, sacri quæsitoris, verè parricidij quæstoris, hoc est fidei Dei patris in perniciē proximi violatæ, dignißimi vindicis, descripsimus, quantocyus publicanda.

Diffidamus.) *Nota textum de diffidationibus, quæ vulgò dicuntur, & vsurpantur ab omnibus: cùm tamen iis vti non possint propria authoritate, nisi qui non habent superiorem. Est enim vulgò dicta, quòd omnino diffidendum alicui grauiter infenso alteri, & si minus latina voce, diffidatio, verè quædam belli denuntiatio siue indictio. cuius authoritas (in quā) priuata non est, sed publica, & superioris. c. quid culpatur. 23. q. 1. de quo & Bal. Aluarotúsque. §. item quemcunque, de stat. & consf. eccle. sicque singularia certamina (quæ & duella dicuntur) omni iure regulariter sunt prohibita, & nō nisi certis casibus permissa. in quibus etiam, vt ipsa tantum curia Parisiensis amplißima apud nos cognosceret, expressum est regia sanctione, vt traditum est in stilo Parla. Pari. Insuper Paris Puteus tracta. de duello lib. 1. capite cui initium: duellum dicitur, testatur abolitā regni Franciæ consuetudinem, quæ permitte-*

Diffidatio vnde dicta & quid sit & quomodo ea quis vti posit.

Singulare certamen prohibitū.

bat duellum. Cæterùm de eo plures constitutiones regiæ referuntur d.stil. Parla. titul.de guer.circa quas imprimis vidẽdus Gallus.qq. 56.65. 67.153.& Pe. Iacobus in suo opere praxis,tit.de duello.est & de hoc lex Longobardica.25,de homic.lib.homi.& l.1.de gladia.inf.& ibi doct.c.1.de purg.vulg.c.1.de tornea.c.1.de cler.pug.in duel.c.monomachiã 2.q.4.& Leonis decimi Papæ epistolarum à Bembo scriptarum quinta lib.4.& 11.lib.8. itèm tracta.speciali & eleganti Alciat. & certè Ioan. Lignan. hícque in vltima parte tractatus alterius de bello.& Bal.in l.ex hoc col.3. de iust. & iur.ff. & cons. 165. tom.2. Aluar.in c.1.col.5.de pac.ten. Zanet.diff.iu. 99..M.Ant.Baueria in rep.l.cum filio.fam. nu.52.de lega.1. Cors.tracta.de po.reg.q.68. Steph.Costa trac.de ludo col.11.Hier.Cagnoli in l.fauorabiliores.de reg.iur.ff.ita verò etiã repressaliæ vulgò nuncupatæ, hoc est pignerationes iure reprobæ sunt,c.1.de iniur.& ibi doc.in 6.Bar.& Iaco.Canis tractatibus specialibus.Ioan. Lign. tractatu de bello, à cap. 122.Arch.in c.dominus.23.qu.2. Luc.Penn. in l.1.vt null.ex vican.Bald.in l.si te paternis.de iur. delib. inf. & similiter partiali-

Pignerationes prohibitæ.

Factiones prohibitæ. *tates factiones videlicet, quales iam olim apud Italos Guelphæ & Gibellinæ, à Bartolo speciali tractatu, & alias sæpe notatæ: etsi quæ & ipse Bartolus de earum origine tradidit non solùm falsa, sed ineptißimè commenta scribit Georg. Merula de antiqui. vicecomitum lib. 6. aitque Tho. Illyricus in inuectiua contra malos Christia partiales esse renegatos (apostatas dixeris) Christianos, & partialitates sectantes peccare mortaliter, & esse in statu damnationis, nedū qui verbo, sed qui scripto vel signo profitentur se Guelphos vel Gibellinos, alteriúsue cuiusque factionis similis, quacūque ratione. cæterùm in* Difidato vno cẽsentur difidati cæteri illi adhęrẽtes. *materia diffidationis traditur, diffidato vno censeri planè diffidatos omnes eius complices, adhærentes, & confœderatos, id est, mutuo fœdere iunctos; fœderatos, & (vt Festus habet) confœdustos, vt per Iacob. à S. Georgio tract. de feud. cap. penul. at oportere* Quando nõ nisi expressa intelligatur diffidatio. *alioquin expressam esse diffidationem: ita quod si induciæ in aliquot dies pactæ erãt, iis transactis non videantur propterea quiantè diffidauerant, se inuicem denuò diffidare; vt apud Corsetum tract. de priuileg. pac. vers. 11. & in add. Bal. ad l. idem. de pac. ff. in-*

quo & Luc. Penn. in l. 1. q. fi. publ. lætit. inf. facítque Iafred. decisio. 122. denique rumpēs affidagium, hoc est fidem datam pactámque frangens punitur, nisi aliâs id sibi legē liceat, vt in §. si quis aliquem & §. si verò temerarius. de pac. tenend. & apud Io. Fab. in §. pœna autem. de iniur. inſ. & Cuneum Angelúmque in l. 1. vbi & quan. lic. sine iud. se. vind. inf. cuiusmodi vtique potissimū sunt cum sibi adhærentibus omnibus hæretici, diffidati, banniti, & offendi quodāmodo permissi hac ipsa authentica & auth. credentes, & auth. si verò dominus. eo. sup. & similibus multis: atque adeò fides illis dari prohibita, ac bellum indici iussum legitimè, & ad id plerosque omnes etiam magistratus iureiurando adstringi, ita vt qui iurare noluerit, & efficere id, vt infamis, & tanquam hæreticorum fautor ac de fide suspectus officio & honore spolietur, & vlterius ad eiusmodi non assumatur, ac quod postmodum fecerit nullam obtineat firmitatem, vt est tex. in c. vt officium inquisitionis. de hær. in 6. & in c. ad abolendam. eo. ti. in antiq. & tit. proximè superiori, auth. statuimus. vbi & nos plura. facítque c. excom. 1. §. adiicimus. de

Affidagiu rumpens punitur.

Hæretici & fœderati eorū, difidati bāniti & offendi permissi ac iussi legitimè, & si fides eis fuerit data.

hær. necnon quæ scripsimus ad l. 2. & l. quicunque. eo. sup. & fi.

Tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd si per annum sic permanserint, ex tunc omnes, tanquã hæreticos condemnamus.) *Hoc dicitur de iis qui sola suspicione notabiles, innocentes se non ostenderint congrua purgatione. & similiter habetur in c. ad abolendam. & c. ex communicamus. 1. de haret. & huc pertinet tradita à nobis in auth. item quacunque. de episc. & cler. sup. deinceps exprimitur d. c. excom. §. credentes. Ipsiúsque inde Friderici textu eiusdem initij sup. eo. relato, tum tales ipso iure esse infames. Cæterùm nota, contumacia crescere culpam, & culpæ præsumptionem & peius contra eum præsumi, qui iudicium refugere videtur, l. 4. de pœ. ff. c. de illicita. 24. q. 3. c. Christianis. 11. q. 1. c. honoratus. 74. dis. c. nullus. de præsump. & in hac ipsa materia de hær. in 6. c. cum contumacia, & c. vt inquisitio. ad fi. & ibi doc. & Feli. in d. c. excom. col. 2. vers. sed quærit. vbi docet etiam ob aliam causam, quàm ob hæresim excommunicatum perseuerantem vel per annum, conueniri posse tan-*

Suspectus hæreseos, vt alterius criminis, peius habetur, cùm iudicium refugit.

Excommunicatus anno permanẽs potest cõueniri, vt suspectus hæreseos.

quam suspectũ hæresis. quoniã scilicet per eũ stare videtur quominus nõ sit excõmunciatus, & sic ab ecclesia diuisus, & diabolo mortique traditus, quam nemo sanus non exhorret, & quantum potest effugit. c. si.3.q.4.c. omnis chris. & c.nemo epis. c. nolite.11. q. 3. & ibi not. & si. in hócque tex. & glossa expressa in c. quod autem.4.q.1.

LEX VNDECIMA.

QVoniam.) Celebris de testimoniis hæreticorum lex, quam ipso statim initio ait Iustinianus sanxisse, ad interpellationem multorum iudicum in dirimendis litigiis eius oraculo indigentium, vnde notare licet, quando nõ reperitur quicquam iure decisum, adeundum esse principem qui de eo statuat, & veluti Deus datus in terris oracula sua & respõsa diuina emittat. & in hoc lex. & ideo & ibi no. de legi. ff. l. cùm de nouo: & ibi nos etiã inf. eo. Lucas Penn. in l. diligenter. de aquæduc. & in. l. 2. de Castrẽsiar. inf. & nos ad. l. 1. §. his igitur. de emen. Ius. C. & in l. 1. de sum. tri. suprà. & in l. 1. post princip. de vet. iur. enũcl. inf. facítque similiter l. omni nou. & ibi nos. de sacros. eccl. Adeundus princeps vt quod nõ est decisũ decidat.

rum.& c.ex parte.2.cõuerſ.coniug.cum ſi.ex quo ſæpe, cùm id non placeat, & oportunè nõ fiat, tanquam ex vno (quod dicitur) inconuenienti multa mala ſequuntur: ideóque ea iure pro certis habentur, vel maximè vt caueantur, l.ſi filius.cum gloſſ.de ritu nup.l.generaliter.§.ſi libero homini.de fideic.lib.l.qui bona.§.cùm inter.& §.vlt.de dam.infec.ff.& in hoc aureolus ſermo Omphalij videndus eſt lib.de ſuſc.propug.ch.R.item verò ſi & maliriosius agere parens decreuerit diſsipãdo bona, nihil aget & iure compelletur tradere filio legitimam, vel tanta bona aſsignare, ex quibus commodè viuere poſsit cum vxore, & ſufficere neceſſariis legitimíſq; oneribus: quæ quidem bona non poterunt alienari vel obligari: ſecundum Bald.in l.2. ſi quid in fraud. pat.inf.Caſtr.in l.Imperator ad S C.Trebellian. Cacialup. in rep.l.frater à fra.q.33. de condictio.indeb.ff.

Ne propter diuini amoris electionem paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati.) *Hinc notare licet quod & prouerbij vice celebratur, quem occaſione bonitatis ſuæ damnum pati non debere: Imò & commodum aſſequi debere.ad quod & l.1. de iuſt.*

Occaſione bonitatis ſuę damnum nemo pati debet.

iust.& iur.ff.cum etiã huius ipsius legis textu superiori, & auth.sequen.& iis quæ denotata inuenies in l.1.ne Christia. mancip.inf. item c.Iudæi. 1.q. 4. (quod est caput concilij Toletani quarti sexagesimũ) & ibi not. & notatis finaliter ad l.in commodato. Cõmod. ff.& c.2.de fideiuss.& l. sed si quis. quẽad. test.aper.ac l.quidam.de cõd.inst. Vbi notat Bal.quòd benefacta sunt digna laude, non pœna. Et maximè hic textus notandus est pro bonis liberis malorum & condemnatorũ parentum: vt ob improbitatem & vitium patris non debeant puniri vel odio haberi, sed potius quòd propria virtute eniteãt, decorari & amari, iuxta Iosephum antiquitatum lib.4.cap.penul.c.præsbyterorum.& seq.dis. 56.nimirum (inquam) aliena laborant infamia, alieno, parentum videlicet morbo, seu vitio. Vnde indigni misericordia non sunt, vt dicitur inf.de natur.lib.l.7.ad quam & notat Bal.subueniendum esse iis, qui laborant alieno morbo, veluti liberis condemnatorum, longè vtique miserabilibus personis. Idémque Bald.in cõsil.408.ex eadem l.ait, quòd magis digni sunt venia, qui alieno morbo laborant, quàm qui proprio. nam etiam proprio

Probis liberis malorum præcipuè subueniendum.

morbo laborantibus variè proculdubio indulgetur. & pulcher textus est in l. si cum mil. §.1. de compens. ff. vbi singulariter habetur tempus dari condemnatis ciuiliter humanitatis seu miserationis causa ideo non remorari compensationem seu quid simile fauorabile ipsis. nempe & secundum l. quod fauore de legib. inf. cum si. not. in l. intra dies, vbi vel maximè imolen. de re iudic. ff. Vnde & singulariter apparet regulam iuris; quæ habet, cùm quid simpliciter & die non apposita promissum est, præsenti die deberi, intelligi quidem actione, & libera scilicet solutione, at minimè solutione necessaria & coacta: quia nihilominus Ei inest tẽpus, quod iure indulgetur à iudicibus miserationis causa, vt dictũ est, pro persona & debili qualitate, & quãtitate iuxta l. 2. de re iu. l. si debitori: de iud. ff. not. in. §. omnis de verbo obl. in. §. fi. de inutil. stip. inst. Hoc verò etiã scilicet iuxta tradita per Paulum Castrẽ. in l. post rem. de re iudic. & not. in l. certum. vers. fi. atque vers. dabitur igitur. de confess. ff. & §.1. de off. iud. inst. & si. sed & (quod lex diuina habet) differẽda solutio non est, sed sub die præbenda, tãquam nolente Deo fraudari quemquam vsu laboris sui.

Regulæ iuris, quod die nõ appositapromissũ est præsenti die deberi, sensus.

Paganorum.) *Hoc nomine hîc & lege seq. & simili titulo libro nouell. ll. Theodosii Augusti, & apud Hermenopulũ libri sexti tit. 11. inter hæreticos dicuntur, qui semel Christiani & catholici facti paganicam delirationem vel aliqua ex parte retinent, vel omnino resumunt: aut etiam qui post tantam christianismi lucem vtique maximum catholicæ fidei fulgorem, ipsi funestæ quoquomodo adhærent superstitioni, de quibus proprius tit. de aposta. & de paga. inf. Ac cõtra hos D. Aug. luculentũ opus de ciuitate Dei edidit, quòd cùm Roma Gothorum irruptione ingentem cladem perpessa esset, Deorum falsorum cultores vsitato nomine Pagani dicti, in religionem Christianorum illud referre conantes solitò acerbius Deum verum blasphemarent, vnde & Pauli Orosii historiarum illud vtilißimum opus. Extant & B. Augustini sex quæstiones aduersus Paganos epist. 49. ac simul contra Iudæos, Paganos, & Arrianos cõcio quædã, in qua ipsos Paganos, seu Goliam proprio percutit gladio, hoc est Sibyllarum vaticiniis, de quibus etiam inter alios multos pleraque admirabilia refert idem Augustinus d. operis de ciuitate Dei libro 18.*

Pagani hîc qui dicãtur

Admirabilis res sibyllinorum versuum.

l. ij.

cap.22. vt versus Erythreæ de Dei aduentu vltimo, & iudicio vniuersali futuro: quorũ Græcè scriptorum literæ primores efficiunt hæc verba, Iesus Christus Dei filius saluator, quos hic quidem Latinè habet, vulgus apud nos Gallicè aut etiã rudiori materna lingua, quos eosdem nocte natiuitatis Domini canit puer in suggestu ecclesiæ habitu sibyllæ ornatus & gladio atque flamma sulphurea ensem ambiente teterrimum ignem iræ Dei futurũ repræsentans: cui & concinunt presbyteri ex Augustino illud, iudicij signum, Tellus sudore madescet. qui tamen mos ecclesiæ opinor particularis, vix est vt non improbandus videatur per c. si quid veri, 37. dis. & quæ similiter scribit Iod. Clichtoueus de aduẽtu domini serm. 2. & Marsil. Ficinus in nonum caput Asclepij Trismegisti, tum notatis in c. censuetudinem. dis. 11. aliâs vtique planè cõprobandus c. in iis rebus, eadem dis. exprimitque Ioannes Gerson. inter alios alicubi, ecclesiasticam consuetudinem plus autoritatis habere, quàm aliquem doctorum sanctorum: & ordinem doctorum non præcipuum sed quasi præcipuum in ecclesia esse dictum est c. cum ex iniũcto. & c. sicut. de hæretic. &

Mos canẽdi sibyllinos versus in ecclesia an probandus.

Cõsuetudinis generalis ecclesię prima est & derogãs cæteris autoritas.

certè licet non depingendus imagine agni Christus dicatur c.sextam de consec.dis.3.tamen (vt ibidem & per Archidiaconum est notatum) illi iuri derogatum est ecclesiæ consuetudine generali, vnde & in sacra hostia in qua verè assumitur Christus optimus maximus, imago agni, vti describitur in Apocalypsi, efficta est. & sic in vrbis nostræ insignibus Christum repræsentans triumphãtem ea imago habetur. Et quamuis nisi certis temporibus baptismus conferendus dicatur de consec.dis.4.par.2.tamen quotidie quique baptizantur, menti vtique canonum consentaneo ecclesiæ more, vt colligitur & c.si qui. & seq.ead.dis. Voluit quoque Archidiac. in c.quod autem.30.q.4.bona consuetudine obtinere, vt plures in confirmatione & baptismo esse patrimi possint, contra c.non plures. de cons.dis.4.atque in ieiunio sentiunt plerique etiam particularem ecclesiæ consuetudinem præcipuè obseruandam, iuxta c. vtinam.& c.illa.& sequen.12.dist.

AVTHENTICA.

IDem.) *Hæc haud dubiè correcta sunt auth. sequen. & ibi vide Cynum Salicetúmque, Pa. & Feli. in c. vergentis. de hær. & Bereng. Fernandum in rep. l. in quartam. præfa. 3. artic. 3. conclu. 4. & item Fortun. Gartiam in l. Gallus. §. & quid si tantùm. nu. 233. & seq. de lib. & posth. Atque huc pertinet quod scripsimus ad auth. si qua. de sacro. eccle. sup. notat & Crotus in rep. l. si is qui pro emp. col. 19. de vsucap. inde cum l. patri. §. itē ex diuerso. de minor. ff. quòd restitutio, quæ procedit ex gratia & misericordia, minus est fauorabilis restitutione, quæ venit de iustitia. & decidit Bal. in c. 1. col. vl. de off. ordin. regem semel excommunicatum, & si postea absolutum, amisisse iura interea alioquin debita.*

Restitutio quæ venit de gratia minus fauorabilis.

Excōmunicatus perdit iura interea alioquin debita.

AVTHENTICA.

GAzaros.) *Hæc nominum portenta, vt & quæ scribuntur in c. excommunicamus 2. de hær. ad eos vtique pertinent, qui circa mille ducentos annos à natiuitate domini fuerunt hæretici in hac vel*

De hæreticis, qui post mille ducentos annos fuerunt in Gallia Narbonensi.

maximè Narbonensi prouincia & partibus Tolosanis, vt exprimitur in c.sicut.1.eo.tit. At Albienses primũ ab aliis nationibus inde, & ita deinceps planè ab omnibus dicti. celebratúmque triualiter illud: Albia fons hæresum, nescit amare Iesum. & dictum negotium Albigense, quod primùm prædicatione, deinde etiam armis aduersus illos susceptum est, quorum quidã vtique Arriani erãt, quidam Manichæi, quidã etiam Valdenses siue Lugdunenses, mali nimiùm noti. quorum omnium errores longè impios & absurdos, & exitium varium, ac ita fidei triumphum præclarißimum recenset opusculum innominati, at ni fallor Bernhardi Guidonis episcopi Lodonensis, inscriptum negotium Albigense, & plenius haud planè nominati quoque eius temporis monachi piißimi & diligentißimi simile opus, inscriptione carens, nisi quòd dicatum est Innocentio tertio pontifici maximo ab ipso authore P. valliũ Sarnai monacho inibi dicto. vbi qui inter hæreticos perfecti, siue boni homines, qui credentes, & quomodo consolationem dare, vel recipere dicerentur, commodißimè habetur, ad iuris istiusmodi recentioris loca pleraque explicãda, quæ nos

bona ex parte ex archiuis regiæ domus, sacri quæsitoris, verè parricidij quæstoris, hoc est fidei Dei patris in perniciē proximi violatæ, dignißimi vindicis, descripsimus, quantocyus publicanda.

Diffidamus.) *Nota textum de diffidationibus, quæ vulgò dicuntur, & vsurpantur ab omnibus: cùm tamen iis vti non possint propria authoritate, nisi qui non habent superiorem. Est enim vulgò dicta, quòd omnino diffidendum alicui grauiter infenso alteri, & si minus latina voce, diffidatio, verè quædam belli denuntiatio siue indictio. cuius authoritas (in quā) priuata non est, sed publica, & superioris. c. quid culpatur. 23. q. 1. de quo & Bal. Aluarotúsque. § item quemcunque, de stat. & cons. eccle. sicque singularia certamina (quæ & duella dicuntur) omni iure regulariter sunt prohibita, & nō nisi certis casibus permissa. in quibus etiam, vt ipsa tantum curia Parisiensis amplißima apud nos cognosceret, expressum est regia sanctione, vt traditum est in stilo Parla. Pari. Insuper Paris Puteus tracta. de duello lib. 1. capite cui initium: duellum dicitur, testatur abolitā regni Franciæ consuetudinem, quæ permitte-*

Diffidatio vnde dicta & quid sit & quomodo ea quis vti posit.

Singulare certamen prohibitū.

bat duellum. Cæterùm de eo plures constitutiones regiæ referuntur d.stil. Parla. titul.de guer.circa quas imprimis videndus Gallus.qq. 56.65. 67.153.& Pe. Iacobus in suo opere praxis,tit.de duello.est & de hoc lex Longobardica.25,de homic.lib.homi.& l.1.de gladia.inf.& ibi doct.c.1.de purg. vulg.c.1.de tornea.c.1.de cler.pug.in duel.c.monomachiã 2.q.4.& Leonis decimi Papæ epistolarum à Bembo scriptarum quinta lib.4.& 11.lib.8. item tracta.speciali & eleganti Alciat. & certè Ioan. Lignan. hícque in vltima parte tractatus alterius de bello.& Bal.in l.ex hoc col.3. de ius. & iur.ff. & cons. 165. tom.2. Aluar.in c.1.col.5.de pac.ten. Zanet.diff.iu. 99..M.Ant.Baueria in rep.l.cum filio.fam. nu.52.de lega.1. Cors.tracta.de po.reg.q.68. Steph.Costa trac.de ludo col.11.Hier.Cagnol. in l.fauorabiliores.de reg.iur.ff.ita verò etiã repressaliæ vulgò nuncupatæ, hoc est pignerationes iure reprobæ sunt,c.1.de iniur.& ibi doc.in 6.Bar.& Iaco.Canis tractatibus specialibus.Ioan. Lign. tractatu de bello, à cap. 122.Arch.in c.dominus.23.qu.2. Luc.Penn. in l.1.vt null.ex vican.Bald.in l.si te paternis.de iur. delib. inf. & similiter partiali-

Pignerationes prohibitæ.

Factiones prohibitæ.

tates factiones videlicet, quales iam olim apud Italos Guelphæ & Gibellinæ, à Bartolo speciali tractatu, & alias sæpe notatæ: etsi quæ & ipse Bartolus de earum origine tradidit non solùm falsa, sed ineptissimè commenta scribit Georg. Merula de antiqui. vicecomitum lib. 6. aitque Tho. Illyricus in inuectiua contra malos Christia partiales esse renegatos (apostatas dixeris) Christianos, & partialitates sectantes peccare mortaliter, & esse in statu damnationis, nedū qui verbo, sed qui scripto vel signo profitentur se Guelphos vel Gibellinos, alteriúsue cuiusque factionis similis, quacūque ratione. cæterùm in materia diffidationis traditur, diffidato vno censeri planè diffidatos omnes eius complices, adhærentes, & confœderatos, id est, mutuo fœdere iunctos; fœderatos, & (vt Festus habet) confœdustos, vt per Iacob. à S. Georgio tract. de feud. cap. penul. at oportere alioquin expressam esse diffidationem: ita quod si induciæ in aliquot dies pactæ erāt, iis transactis non videantur propterea quianté diffidauerant, se inuicem denuò diffidare, vt apud Corsetum tract. de priuileg. pac. vers. 11. & in add. Bal. ad l. idem. de pac. ff. in-

Diffidato vno cēsentur diffidati cæteri illi adhęrētes.

Quando nō nisi expressa intelligatur diffidatio.

quo & Luc.Penn.in l.1.q.fi.publ. lætit.inf. facítque Iafred. decisio.122.denique rumpẽs affidagium, hoc est fidem datam pactámque frangens punitur, nisi aliâs id sibi legè liceat, vt in §.si quis aliquem & §.si verò temerarius. de pac. tenend.& apud Io.Fab. in §. pœna autem. de iniur. inst. & Cuneum Angelúmque in l.1.vbi & quan.lic.sine iud. se.vind.inf.cuiusmodi vtique potissimũ sunt cum sibi adhærentibus omnibus hæretici, diffidati, banniti, & offendi quodãmodo permissi hac ipsa authentica & auth.credentes, & auth. si verò dominus. eo. sup. & similibus multis: atque adeò fides illis dari prohibita, ac bellum indici iussum legitimè, & ad id plerosque omnes etiam magistratus iureiurando adstringi, ita vt qui iurare noluerit, & efficere id, vt infamis, & tanquam hæreticorum fautor ac de fide suspectus officio & honore spolietur, & vlterius ad eiusmodi non assumatur, ac quod postmodum fecerit nullam obtineat firmitatem, vt est tex. in c. vt officium inquisitionis. de hær. in 6. & in c. ad abolendam. eo. ti. in antiq. & tit. proximè superiori, auth. statuimus. vbi & nos plura. facítque c. excom.1. §. adiicimus. de

Affidagiu rumpens punitur.

Hæretici & fœderati eorũ, diffidati bãniti & offendi permissi ac iussi legitimè, & si fides eis fuerit data.

quam suspectũ hæresis . quoniã scilicet per eũ stare videtur quominus nõ sit excõmunciatus, & sic ab ecclesia diuisus , & diabolo mortique traditus, quam nemo sanus non exhorret,& quantum potest effugit. c. si.3.q.4.c. omnis chris. & c.nemo epis. c. nolite.11. q. 3. & ibi not. & si. in hócque tex. & glossa expressa in c. quod autem.4.q.1.

LEX VNDECIMA.

QVoniam.) Celebris de testimoniis hæreticorum lex, quam ipso statim initio ait Iustinianus sanxisse, ad interpellationem multorum iudicum in dirimendis litigiis eius oraculo indigentium, vnde notare licet, quando nõ reperitur quicquam iure decisum,adeundum esse principem qui de eo statuat,& veluti Deus datus in terris oracula sua & respõsa diuina emittat.& in hoc lex. & ideo & ibi no.de legi.ff.l.cùm de nouo:& ibi nos etiã inf.eo.Lucas Penn.in l.diligenter.de aquæduc. & in.l.2.de Castrẽsiar.inf.& nos ad.l. 1. §. his igitur.de emen. Ius.C.& in l.1.de sum. tri. suprà.& in l.1. post princip.de vet.iur.enũcl.inf.facitque similiter l.omni nou.& ibi nos.de sacros. eccl. Adeundus princeps vt quod nõ est decisũ decidat.

An & quã-do hæreti-ci vel Iu-dæi testi-moniũ ad-mittatur.

suprà.dein ad hanc legẽ Placentinus in summa sua hoc tit. ait, fortè hodie (sicut in nouellis legitur) nullum hæreticorũ in vllo casu, nisi vbi curialis reuocatur, contra catholicum admitti, scilicet in testem. porrò cùm de Iudæo nihil corrigatur, etiam contra catholicum pro testimonio contractúque admitti: & ita, contrà tamen de Iudæo etiam sentiẽs Accursius hîc scripsit, hodie nulli Iudæo permitti ferre testimonium contra orthodoxũ, nisi in curiali conditione, auth.quam dicunt quidam reperiri in nouellis.ea verò authentica scilicet lex seu nouella est inter alias Græcas quadragesima quinta.idem quod primùm hoc lege sancitur simpliciter referens (vt & habetur apud Gratianũ 2.q.7.c.si hæreticus.) & nihilominus nouiter statuens illud quidẽ, vt tales, impij licet, contra orthodoxos testificari poßint, cùm hi licet orthodoxi inficiantur se curialis esse fortunæ, & necesse sit vel genere illis coniunctos, vel qui alioquin de illorum fortuna habeant notitiam, in testimonium produci. & sic in subsidium, eo tantùm casu, cùm per alios id nequeat probari: non solùm quòd & pro orthodoxis testimonium intelligatur ferri, & ipsa rep. recta & ortho-

doxa (vt ibi exprimitur) ipsis scilicet curiis ciuitatum: quibus omnimodo fauẽdum dixerat etiam antea idem Iustinianus l.communium.§.fi.de natu. lib.inf. sicque videtur accipiendũ quod hîc deinceps dicitur, sine vlla distinctione, hoc est omnes hæreticos, in testamentis & contractibus quidem testes esse posse, siquidem alij omnino nequeant haberi. quoniam & ipse tex. id dicit permitti propter vtilitatem necessarij vsus, ne probationum facultas angustetur, vt ita in similibus traditur, plenè per Marsilium in repetitio. rubricæ de probationibus & in l. diuus. de quæstio. & in l.infans. ad leg. Cor.de sic.ff. & sing.73.& praxi.crimi.§.diligẽter.Vnde & frustrà subintelligere videtur hîc Placẽt. masculos quidem hæreticos in testamentis testes admitti, malè etiam indicans mulieres nõ admitti, cum aliâs in his non admittantur, & duo impedimẽta fortiora sint vno, ac duo specialia circa idem nõ concurrant. quæ certè perinde ac vnum, vbi eadem est ratio, habẽtur.& in hoc Francisc.Ripa tract. de peste partis 2.particula 2.q.2. vt mittã alios multos. Porrò verò quod primò hîc dictum est, planè in iudiciis hæreticos minores & Iudæos

pro Christiano, aut etiam pro sui similibus impiis, aduersus impios quidem testificari posse, ita etiam si alij quidem (inquam) veritati perhibendæ prorsus adesse nequiuerint, accipiendum videtur nunc de hæreticis omnibus: quibus pro reatus generali similitudine omnis actus legitimus & conuersatio interdicta est, & perpetua infamia irrogata, summúmque supplicium constitutũ, secundum quod hîc dicitur de Manichæis & similibus maioribus hæreticis, & dictum intelligere est in l. 1. de sum.tri. & visum est in l. Manichæos.eo. sup. & nihilominus iuxta hîc not. per gloss. & in d. l. 1. etiam per Alciat. & in c. accusatus. §. 1. ad fi. de hær. in 6. ac gloss. in d.c. si hæreticus. 2. q. 7. & in c. miramur. 24. q. 1. ita vicissim accipiẽdas. Verùm etiam certè nunc fauore fidei quidem in iudiciis aduersus sui similes hæretici (licet alij testes adesse potuerint) testificari possunt, præsertim verò etiam in probationum aliarum defectum, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum, tam deponentium quàm eorum contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circunstantiis, sic testificantes falsa non dicere præsumãtur,

vt

vt est tex. in c. In fidei fauorem. de hær. in 6. Insuper hoc maximè obtinet in Iudæis, qui & aliàs planè aduersus impios quidem non autem pios testificari possunt, vt in c. contra christianos de hæret. in 6. & per Baptistam à S. Blasio trac. correl. par. S. Fallen. 1. ac. 28. & puteū tract. Syndic. cap. qui semel. fol. 107. & Marsil. cōs. 12. Etenim eodem modo etiamnum habentur Iudæi, & melius illis est, quàm etiā Agarenis: cùm habeant primordiū & reliquias veritatis, vt tradidit & Feli. in rub. & c. consuluit. de Iudæ. & nihilominus hæreticis in hoc præstant, quòd minus malum sit viam domini non agnoscere, quàm ea cognita retroabire, vt dicitur de aposta. c. quidam. sicque ab Augus. ad eremitas serm. 34. & in quæstio. veteris ac no. test. q. 39. deterius amisisse, quàm non habuisse salutem, & apud B. Cyprianum quadam ad ipsum presbiterorum quorundam epistola, minus esse dedecoris nunquam ad præconium accessisse, quàm de fastigio laudis ruisse. & ita quidem non eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant, quod habet tex. cap. 1. de hæret. Cæterùm sic videtur, vt qui Christianus semel effectus in fide præuaricatus est,

Melius est iudęis, quā hæreticis vel agarenis.

Qui semel hæreticus fuit, nunquā potest esse testis contra catholicum.

perpetuò non poßit ad testimonium cõtra catholicum admitti, & si admissus fuerit, eius testimonium debeat infirmari. c. non potest. 2. q. 7. & non obest, sed conuenit etiam c. testimonium. de testib. nempe volens in criminali siue ciuili iudicio eis non credendum qui à se veritatis fidem abiecerunt, si in ipso crimine perseuerent, & ita nec periuris omnino, cùm videantur in crimine perseuerare, & valde præsumantur deinceps peieraturi, & falsum dicturi: ita vt non nisi in crimine maximo, vt hæresis ipsius, si quando fortè penitus oportunum videatur, admittãtur, c. accusatus. §. licet. de hær. per hæc & casum implicans hæresis, quippe cùm in ea semel deprehensus valde præsumatur in ea & perdurare, & metu pœnæ tantùm ad fidem conuersus, secundum quod diximus in l. Manichæos eo. sup. & ita catholicum se fingere, quamuis se talem maximè profiteatur & dicat, & Christianum annuntiet, vt & cõmodè dicitur d. c. non potest. sicut in fide Christi suspectus est, ita in testimonio humano dubius habetur, & admodum præsumitur erga homines non esse fidelis, qui deo extitit infidelis: & quidem tanquam periuri nequißimi vi-

dentur hæretici, qui vel ſponſam pactámque ſacramento baptiſmi religionis fidem violauerunt profana & aduerſa eccleſiæ opinione. nimirum ſi tantùm in conuincenda hæreſi ipſa (vti prædictum eſt) admittuntur. & ita iuxta id ſcilicet, hi admitti debere intelliguntur. & ſic igitur tantùm admittẽdi videntur, qui ſemel tales apparuerunt, vt deinceps nunquam intelligantur contractã ſuſpionem malam purgaſſe planè, & planè impleatur regula qua dicitur in 6. decretalium, ſemel malum ſemper præſumi malum in eodem genere mali, contra inibi traditam ad Dynum à Boerio exceptionẽ, de qua alibi diximus, ac quodammodo id quod vulgò dicitur contractum minui tempore crimẽ, de quo ſcitè Budæus ad l. ſi diuti. de pœn. ff. & Alcia. παρεργῶν lib. 2. cap. 10. & ita κατὰ τὸ παροιμιαζόμενον vetus nocere peccatum: atque huc pertinent cùm alia, tum quæ ſcripſimus ad l. fi. de Iudæ. inf.

LEX DVODECIMA.

DIuinam noſtram ſanctioné, per quam iuſsimus neminé errore conſtrictum hæreticorum hæreditatem vel legatum vel fideicmóiſsum accipere. &c.

Eam ſanctionem adnotat hîc Accurſius eſſe l. Manichæos.quæ & proculdubio optimè ad totam hanc legẽ facit cum iis quæ notauimus ad l.1.& 2.& l. quic.eo.ſup. ac item ſimiliter not.ad l. militẽ.de proc. inf. at magis cõuenit putare intellectã hîc aliã omnino Iuſtiniani conſtitutionẽ,quæ vel in emẽdatione Codicis tanquã nõ neceſſaria, cũ hac in ſumma cõprehenderetur,ſublata eſt, aut quæ Græca poſt l.ſi qui orthodoxæ.eod.ſup.annotatur & deeſt, tametſi quoque idẽ decernẽs nouella eſt 144.quæ inſcribatur:περὶ Σαμαρειτῶν.Cæterũ cũ ex aliis,tũ ex hoc & ſuperiorũ legum & notatorũ locis pleriſque animaduertere eſt, quod ſcripſit Accurſius primũ in hãc rubricã, hæreticos quoſdã magis puniri iure hoc,et certè alios à principibus & legibus eorũ parum correptos,& quodammodo toleratos,denique verò ſimili cum cæteris iure etiam gra-

In quoſdá hæreticos quondã parũ animaduerſum,& vix puniẽdos hæreticosà multis exiſtimatum.

uißimè coërcitos. Atqui id ita statutum esse mirandum non est, quando & diuus Augustinus aliquando censuit, hæreticos non esse puniendos, nisi fortè cõtumaces anathemate, & ita voluntatem sacrilegam terrendo sanandam potius, quàm vlciscendo resecandã, vti scribit ad præsidem Cæcilianum epis. 60. & similiter ad Dulcitium tribunum sequẽti epist. & Donato procõsuli Africæ epis. 127. atque epis. 158. & se. & alibi. & ita B. Bernhardus in Cantica canticorum sermo. 64. tandem verò inquiens eiusmodi melius effugari aut etiam religari, quàm sini vineas demoliri: idémque sensit antea d. Cypria. vt Erasmus adnotat li. 3. epis. 3. Contrariam autem sententiam habet & ipse August. epis. 48. & 50. & 204. & apud Gratianum c. nimium. 23. q. 4. & c. quando vult. & c. non inuenitur. & seq. 23. q. 5. quod & melius esse postremo haud dubiè visum est, experientia maximè mõstrante. Quare probat idem Augustinus vehemẽter leges Theodosij fidelißimi principis pro Christi ecclesia aduersus hæreticos seuerè constitutas, vt est videre epis. 129. & alibi. Itaque rectè conclusit aduersus Erasmum sacra Parrisiẽsis schola præcellen-

Postremo melius visum, puniẽdos maximè hæreticos.

m. iij.

Nota cõclusionẽ.

tißima, & demum ex omnium rectè sentientium traditionibus optimis concludẽdum videtur, quoscunque hæreticos terrore & pœnarum seueritate ad vnitatẽ fidei cõpellendos (in quo multas rationes collegit Archid. in c. quicunque. de hæret. in 6.) & scilicet vltimis suppliciis coërcendos: quoniam nulla inde sequitur perturbatio reipublicæ, & hoc exposcit salus multorum. in quo & multis Gratianus d. 23. q. 4. & Villadieg. in suo trac. de hæret. q. 6. & Elzius in suo enchirid. cap. 27. & ibi Tilmannus in appendice. Ant. à Prato in decretis prouincialis cõci. Seno. exhortatione quadã ad principes Christianos. & inde Clichto. in cõpendio veritatum ad fidem pertinentium cap. 13. & Pet. Auratus Paradoxorum suorum 39. & nuper P. Lizetius in exhortatione de sancta in pseudoeuangelicos animaduersione. Ac certè videntur sancti illi viri aliquando sensisse contrarium nimia quadam charitatis dulcedine & lenitate inebriati, aut etiam, quia tum secundum conditionem temporis haud commodius aliud videbatur. notat autem & ipse Erasmus in B. Cyprianum lib. 4. epis. 2. ecclesiæ decreta pro tẽpore rectè mutari, de quo Gra-

tianus dis.29. Insuper notat planè idē Erasmus iuxta Hieronymū epistola ad Ctesiphontem contra Pelagianos, Priscillianum hæreticum in concilio Burdegalensi se damnādum intelligentem ad imperatorē Maximum prouocasse, auditúmque Treueris ab Euodio præfecto prætorio, ab ipso Maximo gladio addictum esse cū Eucratia Delphidi rhetoris cōiuge, & Latroniano, aliísque erroris consortibus: vbi & quædā Priscilliani discipula nomine Vrbica ob impietatis pertinaciam per vulgi seditionem lapidibus est extincta: atque ita cœpisse tum reuinci hæreticos, nō syllogismis, scilicet haud profuturis pertinacibus, sed saxis ac ferro. quod primùm scripsit Prosper in chronicis. & ita nūc dudum præcipuum contra obstinatos hæreticos argumētum repertum est, cui respondere nequeunt Ignis. qui aut eos exustos in cinerémque redactos vento committit, aut falsum dogma abiurare cōstringit. quæ pœna si priscis illis hæresiarchis omnibus decreta fuisset, nō tot hæreses pullulassent, vt præclarè scripsit Fran. Picus de studio diuinæ & humanæ philosophiæ li.1.ca.7. sed & hoc Plato maximè voluit libro de legibus decimo, omnis generis hæ

reticos siue impios pœnis quibusnã imprimis leuibus plectendos vt pietatem amplectantur, secunda verò vice vltimis suppliciis: etiam exprimens, qui eis fauerint, & vel insepultos sepelierint, à volente impietatis crimine posse accusari. quæ & probè conueniunt c. quicunque de hæret. in 6. & l. Manichæos. & iis quæ ibi notauimus, & in l. 2. eo. sup. cum si. Quàm oporteret pluribus accusare ac conuincere stultitiam istorum hæreticorũ, qui scilicet morbis suis etiam indulgentes planè censuerunt contrarium, & ita se illis malis diutius arrodendos relinqui debere. sed & melius forsan erit de hoc nihil amplius scribere: quandoquidem quæ ita manifestè falsa monstrantur, tractare diutius & præscrutari non oportet, ne contendentibus tanquam dubia putentur, vt & dixit in his magnus Athanasius ad Epictetum. Sed & (vt commodè scribit Rupertus abbas in euang. Ioan. lib. 14) verba in ventũ iactare videbor, si cõtra tales fidei Christianæ inimicos multa respondere tentauero. illæ namque vulpeculæ iamdudum tonitru cœli, id est clamore fulminantis ecclesiæ conterritæ, vbicunque sunt latitant in caueis subterraneis, nec prodi-

re audēt, vt vineas florētes fructúsque parturientes suo more putido dente demoliantur. & certè piissimorum ecclesiæ defensorum principum sæpius læsa patientia furor factus est, indicium vtique planéque iudicium mortis sæpe constitutū & exercitum, nimium terribile quidem his malis omnibus, at nihilominus in malo perseueraturis, ni Dei manus, quemadmodum Thomam, ab incredulitate eos reuocare dignetur. quod vt faciat, secundum suam misericordissimam voluntatem, imprimis supplices oramus.

NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR. TIT. 6.

De quo baptismo intelligitur hoc ius

INtelligitur hoc de baptismate in forma ecclesiæ dato. in quo c. subdiaconus. 24. quæst. 2. c à quodam. c. à qui. & seq. c. ij de quibus. c. ab antiqua. de conse. dis. 4. & 1. q. 1. par. 5. & seq. Quibus accedũt & c. non licet fieri. & seq. d. dis. 4. c. dictum de consec. dis. 5. D. August. lib. de fide ad Petrum Diaconum, cap. 3. & lib. 1. de bap. Nicephorus monachus in ecclesiastica historia, Postel. de ratio. Sp. cap. 5. Nec desunt rationes huic iuris dispositioni. de quibus Doc. in 4. sen. & in summis suis, Io. à tur. in c. ecclesiis. de consec. dis. 1. Et quidem ipse Deus vnus est, & fides vna. vnde & vnum baptisma sit oportet, dicente Apostolo ad Ephes. 4. in quo & vide D. Chrysost. in Matth. altera expositio. homil. 5. item per baptismum renascimur. natiuitas autem vna est. Ioã. 3. a. Adhæc

Rationes huius iuris plurimæ.

in baptiſmo remittitur culpa & pœna,c.3.de baptiſ.c.per baptiſmum.& ſequen.de conſe. diſ.4.c.oſtenditur.& ſeq.c.ſi quicquid.c.Vt oſtenderet.c.regenerãte.c.gratia.& ſeq.c.eos. ea. diſ. Ergo apparet cõuenire baptiſmũ non iterari, ex hoc etiã,quòd aliâs prouocarentur homines ad peccandũ magis,ſpe veniæ & impunitatis. Item hùc pertinet quòd baptiſmus efficaciã ſuam trahit à morte Chriſti, quæ quidem vnica eſt:inſuper quòd character baptiſmi indelebilis eſt, & perennis,extans & apud illos,qui abſolutè damnati ſunt, Præp. in c.hanc regulam,1.q.1. Bunderi.in compẽdio diſſidij,tit.2.arti.vlt.Alph.Caſt.in hær. lib.3.In hócque relatum miraculum triper. hiſt.lib.11.cap.14.Atqui vbi dubium eſt,an ſit aliquis baptizatus,baptizari poteſt,c.vl. de preſ. non bap.c.paruulos qui.& tribus ſeq. de conſec.diſ.4.c.2.de baptiſ S.Leo epiſ.64. & reſponſis factis Ruſtico epiſcopo Narbonenſi,ſub epiſ.70. Quãdo autem certum eſt, quod recta forma baptizatus eſt infans, vel ab obſtetricibus neceſſitate cogente(quo caſu id eis & ſimilibus permiſſum eſt c.conſtat.& quibuſdam ſequen.de conſ.diſ.4.c.ſanctũ.ea diſ.)non eſt etiã ſub conditione talis iterum

Dubio exiſtente, an quis ſit baptizatus,is debet baptizari.

Rectè baptizato ab obſtetricibus quid agendum.

baptizãdus, vt malè astruit Bar. in l. 1. eo. inf. cùm quid enim vna via prohibetur, aliis nõ debet admitti, sed & his prohibitum censeri debet, l. scire oportet. §. 1. de tut. & cura. da. ab his, l. si patronus. de donatio. & iisdem pœnis teneri qui contrà facit apparet, l. nemo. 2. de Iudæ. inf. c. quãto. de priu. Verùm si taliter baptizatus superuixerit, debent suppleri per sacerdotem solennia baptismatis, vt cathecismus, vnctiones, & cætera, sicut docuit Gabriel Biel in 4. sen. dis. 24. q. 1. g. & D. Antonin. in summa par. 3. tit. 14. cap. 13. §. 12. Pã. in c. 1. de baptis. sensit. & Corset. tracta. de minimis, par. 2. vers. 7. pro quo facit & c. hanc regulam. cum etiam c. quidam. vers. & Leo hos. 1. quæst. 1. c. si qui. de cons. dist. quarta c. ij de quibus. c. ab antiqua. c. de Arrianis. ea. distinctio. similiter & qui pro sola ignorantia Romanæ locutionis ita baptizatus est: babtizo te in nomine patria, & filia, & spiritusancta, denuo baptizari nequit c. quidam retulerunt. de consec. dist. quarta, cùm tamen solœcismus vitiet rescriptum c. ad audientiam, de rescript. & si non vitiet modicus defectus literæ, syllabæ, & dictionis, vel orationis, dummodo

An ignorãtia latinæ locutionis vitiet baptismum.

deprehendatur voluntas rescribentis, nec mutetur sensus, vel inducatur æquiuocatio, vt tradit Corsetus tractat. de minim. par. prima versic. 66. nec paucarum literarum rasura: quæ & nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debet c. vlt. de crimin. fal. in quo etiam Præpos. ad c. in memoriam. col. tertia, distinct. 19. Vide & Ponta. cons. 376. quæstione secunda, & Tremoleum in additioni. prælud. Bonac. titul. de impediment. 1. num. 6. vide & in hoc ipso, de quo agimus, D. Bonauent. in quart. sentent. & Gerson. super flo. ca. 4. Cæterùm valet baptisma, quo à pluribus baptizatur aliquis, vel plures baptizantur ab aliquo, Archid. in c. propriè. de consec. dis. 4. pro quo est c. dictũ. de bap. Ego etiam existimo valere baptismum præstitum ab impubere: etsi contrarium tradiderit Pan. in d. c. debitum. Meque obest contrariũ ius adoptionis, cuius meminit Cicero in Clodium oratione habita pro domo sua, & Herodianus lib. 5. ita nec leges ciuiles de eadem loquentes, quas idẽ Pan. in argumentum assumit, hîc sanè perperam. c. filius. de testa. Luc. 1. Matth. 3. & simili exemplo relato in D. Damasceni historia.

An valeat baptisma à pluribus vel plurib⁹ simul datũ.

An valeat baptisma ab impubere præstitũ

absurdum equidem esset censeri id ius diuinum vel canonicum expetere, vt quis sit pubes, cùm maius nõ requirat, c. in Gene. de elec. c. quanuis. de pœnit. dis. 1. etenim non iteratur baptismus datus à quantumcunque malo hæretico, Iudæo, pagano, laico, muliere, prænot. tex. & Io. à tur. in c. peruenit. dis. 95. quanuis secus de diabolo Archid. cum D. Tho. & P. in c. propriè. Io. à tur. in c. Romanus. de cons. dis. 4. Gers. in floreum cap. 4. partic. 2. nec nos premit hîc d. c. debitum. quod quidem vltra casum, quem determinat, non progreditur. quod tamen fecisset, si voluisset. & quia non fecit, non est quicquam diuinãdum & temerè statuendum, c. ad audientiam. de deci. nec argumentum à matrimonio carnali ad spirituale semper valet, vt ostendimus in auth. ingressi. de sacros. sup. & prædicta haud dubiè faciunt, vt & impubes & qui per ætatẽ pater esse nequiuisset, eius qui baptizatur, eundem in baptismo tenere posit, in quo tamen rectè docet Gerson. super floreo quòd tot annorum esse debent, qui suscipiunt, vt poßint esse memores facti, & sui muneris: quod est instruere & monere baptizatum in fide & moribus necessariis ad salutem. Præterea de

Baptismus à quibus malis datus valeat.

An impubes patrimus esse poßit.

infante, qui è ventre matris pedes & crura tantùm eduxit, & baptizatus est in his mēbris, traditur eum censeri baptizatum, & sepeliri debere in cœmiterio sacro, Lap. allega. 104. & hoc si vel mater testetur sensisse eũ viuũ, cùm prædicto modo baptizaretur. idem Ias. in l. vxoris. de posthu. inf. decis. Sacel. Tholos. 156. Clauas. verbo baptismus. 6. §. 3. quanquam alij non nisi caput extra ventrem apparens baptizari posse dicunt, l. cùm diuersis. de religio. sump. & funer. ff. Glos. vl. in princ. l. 3. de acqui. poss. Gerson super floreo. Adhæc natus videtur qui vel exsecto ventre matris eductus est, vt ita baptizari & renasci planè poßit, iuxta Christi verbum in euãgel. Ioã. facit l. si mater. de inoff. test. C. (quam in hoc citat Faber in proœm. institu. verbo, Cæsar.) & planè l. etiam ea. de verb. sig. ff. & quòd si vel aliquãtum moueatur eductus, intelligatur viuus, quia viuẽs moritur, faciunt prædicti tex. & l. qui du. §. 1. & ibi Bar. de manu. testa. ff. Quid si quis fictè baptismum suscepit? censebitur nihilominus baptizatus, c. maiores. §. penul de baptis. c. quomodo. & seq. de cons. dis. 4. quæ vide, & ibi not. Quid si quis coactus baptizari, tandem consensisse

An valeat baptisma datũ nondum omnino nato vel de ventre matris tracto.

An valeat baptisma fictè suscipienti datum.

An valeat baptisma datũ ei, qui primo contradixit deinde visus est consentire.

videtur? itidem censebitur baptizatus d.c. maiores.§.penul.de baptis.c.contra.de hæret. in 6. Idem de eo censetur, qui propositum habens baptizandi somno pressus vel amentia, baptizatus est, d.c.maiores.§. vlt.de baptis. & ibi Glos.in fi. & Pan.nu.5.

LEX PRIMA.

ANtistitem, qui sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse censemus.) *Concordat additque ius canonicum c. vlt.in fi. de bap.c. eos quos. de consec.dis. 4.*

Multi iam olim anabaptistæ, & quis autor eorum

Eorum enim condemnamus errorem. &c.) *Hoc multi lapsi sunt. at Agripinus Carthaginensis episcopus, primus omnium mortalium, contra Diuum canonem, contra vniuersalis ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra sensum atque instituta maiorum, rebaptizandũ esse censuit. quæ præsumptio tantum mali inuexit, vt non solùm hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam catholicis occasionem præbuerit erroris. Cùm ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent,*

rent, atque omnes quaquauersum sacerdotes, pro suo quisque studio, reniterentur, tunc beatæ memoriæ papa Stephanus apostolicæ sedis antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit, dignum existimās, si reliquos omnes tātum fidei deuotione vinceret, quantum loci authoritate superabat, vt habet Theophilus. itaque Vincentius Lyrinensis: quis tam sacrilegus, qui donatistas ac cæteras pestes, quæ autoritate consilij rebaptizare se iactitāt, in sempiternum esse arsuros cum diabolo non censet? in quo & c.3. de hæret. & nota illicita iteratione fieri baptismo iniuriam, & præsumi de sacramento malè sentire, qui baptismum iterat, c.2. de aposta. c. vlt. §. vlt. de presb. non bapti. Præp. in c. hanc regulam. in fi. 1. q. 1. vnde & talis violatæ fidei sacræ, & hæreseos reus agi potest.

Iteratione baptismi, ei fit iniuria.

Anabaptistæ quique vt hæretici accusandi.

LEX SECVNDA.

SI quis commisit.) *Adde c. quibus. de consec. dis. 4.*

Per ætatem.) *Adde l. 4. §. vlt. cum l. infans. ff. de sicca. c. eos quos. §. vlt. de cōs. dis. 4. l. 1. si aduers. delic. inf. c. 2. de aposta.*

n. 1.

Iudices nõ punientes omnino vel parum punientes reos, vt ipsi rei veniunt puniendi.

NVlli.) *Nota finem huius legis contra iudices, qui dum dißimulant quæ admittuntur crimina, nec puniunt, ea permittunt: quare vel non puniant omnino, vel improbo fauore minori pœna, quàm debeant, puniant: iuris equidem vigore, eadem pœna, qua rei ipsi, sunt puniendi tanquam conscij & complices, hoc inquam tex. & l.1. & l. christianis. inf. de pag. facítque l.2. §. postquam verò. vers. sin autem. inf. de. off. p. p. A. Vincent. Cygaud. lib. de alienatione iustitiæ char. 8. & vide Salic. & Fab. hîc, & Ponta. sing. 77. item Amodeum tracta. syndic. verbo: item in eo. fol.6. col.3. atque no. in l. iudices de epis. audien. & in l. si quos. de off. p. p. o. inf.*

DE APOSTATIS.

TIT. 7.

DIsce qui sint apostatæ ex l.1.& ibi Fab.eo.inf.et Accur.& Bar. hîc et Innoc.in c.ex parte de tēp. ord. Vitali.de malefic.tit. de aposta. & insigni exemplo Iuliani Cæsaris, de quo Ammia.lib.15.& 21.& in hist͞o.trip.in vita Basilij magni, & alibi. Hos & Marranos Hispani vocant, vt multis docet Alph.Castren. de iust.hær. pu. lib.1. cap. 7. sed & cæteri, vt videmus, nomine ex Cherinto & Ebione scholasticis noto, tanquam aqua tinctos & recutitos, vt habet Capnion de arte Caballistica lib.1.hoc est baptizatos & circuncisos. dixeris circuncibaptizatos, Marrachristianos, circuncisionis & marræ tenus (quod est instrumentum ferrenum ad scindendum aptum) Christianos, sub specie & nomine Christianissimi (quem visi sunt suscepisse) iam verè & prorsus, sicut Qui apostatæ & vnde dicti Marrani.

n.ij.

antea, marræ, hoc est circuncisionis & Iudaismi studiosos: aut מוֹרָה & תַּמְרוּק & *quasi* מַרְחָנָא *hoc est nouaculæ & ablutionis, & quasi Balnei participes, atque* מַרְרִים *seu certè* מוֹרִים *vel* מוֹרְרִים *hoc est rebelles contumaces, inobedientes, præuaricatores, infideles, apostatas. sicut & planè interpretatur D. Hierony. Ezech. 2.* גּוֹיִם מוֹרְרִים *gentes apostatrices. de his etiã meminit Car. Alex. in c. non potest. 2. q. 7. & Nicol. Bertrand. in c. vt inquisitionis. de hæret. in 6. & Corset. tracta de potes. reg. q. 85. dicens pessimos istos Marranos, & fictos Christianos posse puniri per inquisitorem hæreticæ prauitatis: quemadmodum & Iudæos ipsos comittentes hæresim circa legem suam, vt docuit Angel. in l. 1. §. ius gentium. de iust. & iu. ff. per notata ab Innocẽ. in c. quod super. de voto quãquam in hoc cõtrà facit Luc. Penn. in l. 1. quæst. an Sarraceni & Gentiles ligẽtur iure Rom. de cond. & proc. inf, & Oldra. cons. 51. & Ponta. sing. 683. sed cum prædictis facit tex. Græc. nou. 146. atque Pan. in cl. 1. ad fi. de vsur. quòd Iudæi & pagani dogmatizantes inter Christianos vsuram non esse*

Apostatæ & Marrani possunt puniri per inquisitorem hæresis.

An & quãdo Iudæi vel pagani vt hæretici & per ecclesiã sint puniendi.

peccatum, quanuis non sint propriè hæretici, possunt tamen per ecclesiã cõpesci. ad hócque latè Nic. Aimericus directo. inquisito. par. 2. q. 46. Cæterùm docet Alph. Castrẽ. prænotato loco, apostatam verè & maximè esse hæreticum: & apostasiam speciem esse hæresis pessimam. & si idem in alio opere, quod aduersus omnes hæreses scripsit, aliter docuerat. & nos eundem secuti sumus sup. in tit. de hæreticis. id tamen properè subanimaduertẽtes, & docentes confundi traditam differentiã inter hæreticum & apostatam. quamquã etiámnũ mihi vera videtur ea differentia, & per catacrisim & similitudinis rationem quandam confundi. nec obest quòd c. contrà de hære. in 6. dicat apostatas velut hæreticos puniendos. quia nihil amplius habet ecclesia quod in eos statuat. & conueniẽs est eos vel vt hæreticos puniri: & si fidem & religionem Christianã prorsus exuerunt: quia semel ipsam suscipientes, se subiecerunt ecclesiæ decretis. sicque non ita foris censentur, vt ab ecclesia non debeãt puniri. & si aliter censeas de Paganis. quia satius est viam domini non ingredi, quàm ipsam ingressos retrò abire, c. quidã de aposta. ita nec obest quod dicitur non esse selectum

An Apostata verè & maximè sit hæreticus.

titulum iure canonico scriptum, de apostatis istiusmodi: cùm is quidē qui ita scriptus est, de ea loquatur apostasia: quandoquidē & si de alia loquatur, etiā loquitur de hac, d.c. quidā. quod non ob aliam causam sub eo tit. positum videri debet, quàm quòd idē intelligi debeat etiam de his apostatis scilicet in fide, de quibus ampliora, si occurrissent, necessaria collector decretorum apposuisset. nec valet similitudo, qua dicitur, hominem album albedinis accessione non desinere esse album. quæ longè inepta est, cùm albedo bonæ rei conueniat. nec valebit etiam si in nigrum transmutaueris, vt dicas, nigrum hominem accessione nigredinis non desinere esse nigrum: ita hæreticum factum apostatam, aut catholicum apostatā factum, non desinere esse hæreticum, aut factum hæreticum: hoc conueniret si diceres nō desinere esse malum, aut factum malum. quod quidem generale est, vt nigrum. Dices apostatam errare vt hæreticum? ita autem errat & Iudæus & Paganus, vt hæreticus. Dices hūc baptizatum & fidem abiecisse non alios? ideo verò non dicitur Paganus, vel Iudæus simpliciter, & si talis antea fuerit, sed apostata. Dicetur igitur hic apostata, vel Iudæus vel

Paganus apostata, aut etiam Christianus apostata, non hæreticus, si distinctè & propriè maximè loqui volumus. etenim hæreticus dicitur ab electione opinionis: qui circa fidẽ & religionem Christianã, & in ipsa aliquid sibi credendum enixè elegerit, quod fuerit aduersus catholicam ipsius fidei & religionis traditionem. qui autem ipsam prorsus fidem & religionem, & quæcũque circa ipsam & in ipsa sunt, & dici possunt, prorsus abiecerit, nec quicquã elegerit, quomodo hæreticus dici poterit? & non magis quod ab ipsa planè desciuerit, & discesserit apostata dicetur? omnino autem, vtcunque hoc se habeat, nota diligenter quòd isti apostatæ puniuntur tanquam hæretici, iisdem scilicet pœnis, quibus hæretici puniuntur c. contra Iudæos. de hære. in 6. Hostien. & Pan. in c. 1. de aposta. pœnas hæreticorũ enumerauimus ad l. Ma. de hæ. su. atq; in sequẽtibus legibus cõueniẽtia exprimuntur, videlicet quòd contractuum & vltimarum voluntatum, & similibus commoditatibus careant, & proscriptionem bonorũ patiãtur, l. 2. 3. 4. eo. inf. quibus supple quæ in d. l. Manichæos diximus, eáque auge & declara per illa quæ infrà hoc tit. denotabũtur.

Hæreticus.

Apostatæ iisdem pœnis quibus hæretici puniendi.

LEX SECVNDA.

SI quis quinquennium.) *Vide Accurs. hîc, & Bar. & adde Franc. Scyllacen. de fide cath. cap. 54. & Bal. in margarita, verbo, Memoria. Marsil. not. 307. Barb. cons. 70. to. 4. Pan. in c. cùm nobis, col. 2. de præscrip. & facit ius tit. ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. quod Antoninũ philosophum iußisse, scribit Capitolinus: meminit & Dynus tracta. de præscrip. inter quinquẽnales præscriptiones.*

Ne de statu defunctorũ post quinquẽniũ quęratur ius à M. Antonino imperatore profectum.

LEX TERTIA.

SI, qui.) *Bene in hanc legem Accur. Bar. & Salic. & egregiè quidem Nicol. Arelatẽ. li. de hæretic. no. 44. quem tamẽ multis oppugnat Alph. Cast. de iust. hæret. punitio. lib. 1. cap. 23. contrà stantuens hanc legem correctam per c. Vt inquisitionis. de hæret. in 6. eo quod dicit, crimen hæreseos esse merè ecclesiasticũ: & cũ eiusmo di sit apostasia, & apostata tanquam hæreticus puniendus c. contrà. de hæret. in 6. ad fidem redeuntem apostatam, nisi damnatus sit, vt hæreticũ misericorditer recipiendũ. quod*

An hęc lex iure canonico sit correcta.

& sine correctione legis admitti potest. quoniam nihil obest tum pœnitentiæ locum denegari, à principe, vel eius magistratibus, apostatis intelligi, cùm in manus eorum legitimè venerint. sicut & aliarum legum punitio in hæreticos decreta tunc locum habet, & non parcitur hæreticis, & si parci debere dicatur hac l. & l. Manichæos. de hæret. sup. quodammodo. & licet roget magistratus seculares ecclesia, ne pœnam sanguinis inferãt, vt & notat Cast. lib. 2 cap. 13. & 26. quoniã optima legum interpres consuetudo ostendit, nõ de pertinaciter, apertè, vel præsumptè errantibus & damnatis legitimè, id intelligi. & palã est illam l. Manichæos. de filiis tantùm hæreticorum loqui: quibus à paterna impietate discedentibus veniam dat, quasi eo ipso quòd filij eorum sunt, eadem impietate correpti fuerint. quod vtique non perinde cõstat, sed potius ex hoc, quòd non illis fauent, contrarium præsumitur. quemadmodum de imperatoria lenitate filiis læsæ maiestatis reorum, se vitam concedere ait imperator in l. quisquis ad leg. Iul. maies. ad maiorem scilicet tanti facinoris terrorem, veluti iniquum petens vt æquum ferat, iuxtáque c. vtilem

Nota sensum l. Manichæos. de hæreticis.

Nota sensum l. quisquis. ad l. Iul. maies.

*ſimulatio . 22.q.2.non quòd iuſtum exiſtimaret eos tradere neci,argu. l. ſancimus.inf. de pœn.cum l.in ſeruorum.eo.tit. ff. quod tamen illi immeritò exprobrat Alph. Caſtren. lib.2.cap.*11.*optimè quidem tradẽs diuina lege, etſi quis bonis priuari poßit à principibus & magiſtratibus pro crimine aliorũ, perimi tamen vel aliâs in corpore ipſo lædi non poſſe.Porrò verò cùm diſtinctum ab hæreſi crimen apoſtaſiam ipſam oſtenderimus in titu. nihil obeſt quominus liberè ſi præuenerit magiſtratus ſecularis,ſtatim apoſtatam ſine miſericordia punire poßit, ſicut blaſphemum, & ſacrilegum omnia ſacra profanantem & grauißima iniuria afficientem, hac l.c. ſtatuimus. de maledic. & traditis in c. cùm ſit generale. de for. compet. & per nos ſup. de hæret.l.Manichæos.*

Magiſtratus ſecularis poteſt præuenire punitioné apoſtatæ.

Verſari inter homines & hominum carere ſuffragiis.) *Hoc pœnæ maioris quàm mori,præcipuè ſuſtinetur à pauperibus leproſis,qui & curari nequeunt niſi à ſolo deo,vt teſtatur Theophylac.in Lucæ euang.ca.5. etſi ſcimus varia remedia tradi à medicis, quæ vel haberi nequeũt,vel nullius ſunt momenti.Hoc autẽ notaueris, vt cæteris paribus hos*

Pauperes leproſi prę cipuè miſerandi.

pauperes præferas aliis, secundum not. à nobis in l. si quis ad declin. de epis. & cle. sup. Cæterùm ad rem, vide similem pœnā in c. ad abolendam. §. ciuitas. de hæret.

LEX QVARTA.

Apostatarum. singulorum vox.) *Nota hîc quòd quilibet potest apostatas accusare, vt de hæreticis dictum est l. Manichæos. de hær. sup.* Apostatas quilibet potest accusare.

Nullis finita temporibus.) *Huc pertinet & verbum, perpetuari, inf. ea. & nota, quòd contra apostatas perpetuò agi potest in eorum vita (etsi idem non sit in aliis criminibus) sicque post mortem eorum, etsi causa incœpta, non sit in vita, quod tamen accipiēdum est secundum l. 2. eo. sup. vt & docent hîc Accur. & Salic.* Contra apostatas perpetuò agi potest.

Legi fraudem.) *Fit fraus legi cùm saluis verbis legis, sententia eius circumuenitur l. contra. & seq. ff. de legi. l. si quis. ff. de adul. c. ad nostram. de emp. & vend. ita cui amota est facultas testandi & donandi, etiam facultate vendendi priuatus intelligitur l. donationes. §. 1. l. post contractum & ibi Bar. Forocorn. & alij. de don. ff. quo casu & alij ab* Fraus legi quādo fiat. Per prohibitionem dandi intelligitur etiam prohibitio accipiendi.

illo emere vel accipere prohibentur. Bar. in l. 2. de cupreß. inf. Ange. instit. de senatuscons. Tertull. in princ. Pan. & Feli. ad c. nulli. de Iudæ. sicque prohibitio facta viro, ne fideiussores dotis det, extenditur ad vxorem, ne accipiat, Pet. Vnzola. in praxi ar. not. tit. de beneficio legis rub. & nig. ne fideiuß. do. den. & in hoc adde Fabia. trac. de emp. & vend. quæst. 2. ad fi.

NEMINI LICERE SIGNUM SALUATORIS CHRISTI HUMI, vel in silice, vel in marmore sculpere, aut pingere. Tit.8.

HIc primùm per signũ saluatoris, crucẽ intellige, ut docent verba Caßiodori triper.hist.li.5. ca.5. ita habẽtis: Gallo ad antiochiã veniente circa orientem signũ saluatoris adparuit. columna namque sub specie crucis in cælo visa, maximo miraculo conspicientibus fuit. tum facit quòd Matth.24. dicitur signũ filij hominis, & Apocalyps. 7. & 9. signum Dei, & hoc intelligitur esse crux, plerisque probatis doctoribus. facitque quòd in hieroglyphicis AEgyptiorũ notis crux ipsa symbolum fuerit vitæ æternæ, quæ vtiq; in cruce & per crucem à Christo data est omnibus sequentibus eum, idque retulit Postel. de orb. ter. concor. lib.1. ca.12. & li.4. ad fi. Facit itẽ Quid per signum saluatoris accipiendũ.

quòd cùm Tyberius Constantinus Iustiniani iunioris successor optimus deambularet per palatiũ suũ, animaduertit in pauimento tabulam marmoream, in qua erat crux dominicã sculpta, & ait: crucem Domini, qua frontem nostram & pectora munire debemus, sub pedibus conculcamus? & dicto citius iussit eandem tabulam auferri, mox inuentam alterã similẽ, inde & tertiam. Vnde & maximus inibi latẽs inuentus est thesaurus, vt retulit Paulus Diaconus lib.18. Greg. Turon. histor. lib.5. cap.19. Anno. lib.3. cap.19. atque planè hoc ita intellexisse videtur & agnouisse Diuus Ludouicus Galliarum rex, qui salutiferæ crucis signum tumulis defunctorum insculpi, & pedibus proculcari vetuit, edixítque ne quoquomodo marmoribus & saxis humi sternendis, viuifica crux incideretur, vt retulit Clichtoneus sermone quodam de eo habito Parrhisiis in collegio Nauarræ. Hincque apparet crucis signũ magnopere venerandum, & adorandum, vt expressum est l. decernimus. supr. de epis. & cle. & traditum à Petro venerabili lib. epis.1. & defensum à Petro Aurato lib. in hære. Paradox. quinto, cantatúmque hoc à Lactantio in

Crucis signũ magnopere venerãdũ & honorãdũ.

carmine de domini paßione:

Flecte genu, lignũq; crucis venerabile adora.

*Atque notatum hîc à Placentino: saluatoris Christi saluificum signum, crucis vexillum, salutis nostræ salutare signaculum, ab omnibus est venerandum, ab omnibus est adorandum. huic signo, si manibus gestatur, omnes debemus aßurgere, sic vt institutũ est, cum deuotione honorem debemus impendere. Hanc etiam longè venerabilem figuram habent, aliâs impij, imagines sanctorum detestantes Christiani, qui sunt in Corongonora vrbe, circa Indiam, insignémque ipsam crucem statuunt in templis, eandémque pontifex eorum in tonsura pro corona fert, vt prodit Iosephus Indus in sua nauigatione cap.*133.*de laudibus & virtute huius plurima scripsit Fran. Picus de morte Chris. & prop. cog. li.*1.*c.*10.*tum D. Chrysostomus tomo sexto speciali homilia & to.*5.*homi.*21.*inter cætera dicens: ignoras quanta crux perfecit? mortem dissoluit, peccatum extinxit, orcum inanem reddidit, diaboli resoluit potentiam: & ad corporis sanitatem præstandam non est fide digna? totum orbem exuscitauit: & tu in ipsa non confidis? vobis supplico, vt tanquam baculum Dei* Laudes crucis.

verbum habeatis. & sicut sine calceamentis vel vestimentis omnino nemo in forum descendere eligeret, ita sine verbo hoc nunquam in forum prodeas, sed cùm es ianuæ vestibula transgressurus hoc prius loquere verbum, abrenuncio tibi Sathana, & coniungor tibi Christe. & nec vnquam absque hac voce exeas. Hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. cum hoc verbo, & crucem in fronte imprime: sic enim non tantùm homo occurrēs, verùm & ipse diabolus te nequicquam lædere poterit, cernens te cum his armis vbique adparentem. Porrò de nomine saluatoris intelligit hunc textum Polydorus de inuento. re. lib. 5. cap. 6. & de imagine saluatoris, Vitalinus tracta. malefic. tit. quibus de caus. quis poßit ad mor. condem. & Hegēdorphinus in exegesi: & sanè licebit ipsum ad eã extendere cũ Droseo in singulari huius tituli argumento. Quin Bartolus tract. de insig. & ar. ad fi. inde argumentatur, insignia domini cuiusque non debere à subditis humi sculpi vel pingi. ad quod etiã facit, quòd domini propter potestatem legitimam, quam in similes homines habent, sunt quædam Dei imagines excellentes, & tanquam dij præ cæ-

Notanda verba.

Quid item per signũ saluatoris intelligatur.

Argumẽtũ inde ad insignia cuiusque domini.

teris honorandi, vt amplè docuimus in prooemial. & in l.1. de sum. tri. sup. & in 3. par. l. si quis in metal. de poenis inf. Syluae iuris ca. 3. Atque hinc animaduerte quod initio legis sequentis exprimitur, quàm diligentem curam antiquis fuisse, per omnia superni numinis religionem tueri: cùm etiam huic rei, minimae vtique, si aliis lōgè maximis criminibus (quae nunc impudenter & impune dissimulantur) eam compares, tam sedulò & plenè prouisum sit, vt ne leuiter quidem insculpi vel pingi, sacra in solo licuerit. Hoc enim significat quod notabiliter dicitur, in marmore, non in marmor, si credimus Alexandro ab Alex. genial. dier. lib. 2. ca. 28. aduersus Vallam fundatissimè docenti, etiam latinè dici quicquā insculpi vel incidi in marmor, vt, in marmore: sed cum accusandi casum ponimus videri expressiùs atque altiùs rem fixam designari, cùm verò ablatiuo vtimur, leuiter & in superficie, & non penetrare funditus significari. sic verò etiam non licuit vllum sacrum librum corrumpere vel conscindere, vel etiam cauponatoribus, vel vnguentariis, vel alicui alij delendum tradere, nisi cùm vel à tineis vel ab aqua vel aliquo alio modo red-

Obseruandū quàm diligētem curā antiquis fuisse per omnia superni numinis religionē tueri.

Quid intelligatur per hæc verba: in marmore.

Punienda sacrorum librorum quæque corruptio.

ditus fuisset inutilis. qui verò secus fecisset anno vno excõmunicabatur, aut sanè excommunicari iubebatur, etiamnúmque iubetur extante canone 68. concilij Constantinopolitani sexti generalis. sed nunc, inquam, negligũtur planè maiora. omnia quidem minus principalia auctiora & magnificentiora sunt, cætera haudquaquã meliora, vt maximè dici poßit cum Bonifacio martyre & episcopo, quondam sacerdotes aureos ligneis calicibus vsos, nunc contrà ligneos sacerdotes aureis calicibus vti, liceátque in hunc sensum dolente cantu vsurpare illa Albij Tibulli carmina,

Taxatur præcipuè curanda in sacris nunc maximè negligi.

Tunc melius tenuêre fidẽ, cùm paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

LEX VNICA.

Quæ sit pœna huius l.

CVM. grauissima pœna.) *Hãc pœnã putaui semper esse pecuniariam, & arbitrio iudicis irrogandam, vt & postea inueni existimasse Placentinum in summa sua planè dicentem, hanc in legem delinquentem, pro motu iudicis debere mulctari. hócque colligo ex ipso textu qui habet mulctando, siue mulctandis. docemur autem l. aliud est fraus. de verb. & re. sig. mulctam eße correctionem*

specialis peccati.facítque in hoc textus etiam habens:specialiter imperamus.& docemur d. l.aliud,eiusmodi peccati animaduersionẽ hodie esse pecuniariã,venireq́ue ex arbitrio eius, qui illam dicit. Porrò probabiliter iure dici potest minus puniendum esse eum, qui vel vtilitatis & pietatis causa motus, quàm qui lasciuia vel nulla de causa in hoc deliquit, vt cùm aliquis peregrinaturus pecunias crucem insculptam habentes,ne amittat latronum incursionibus,recondit in calceis sub pedibus:cúmque in nuptiis,siue funeribus mittuntur in pauperes pecuniæ,ita scilicet vt pedibus conculcẽtur.& si nihil distinxerit autor innominatus libri de blasphemia,dicens. & hæc nefandissima scelera.nobiscum autem facit c.2.& ibi Glos.& Pan. de aposta.vbi & habetur de pietate directa in hominẽ. id quod etiam excusat aliquatenus simplices mulieres,quæ ponunt quandam herbam in figura crucis,sub pedibus,vt dolore alui leuentur. quod vtique reprehensibile est,& mali exẽpli, nequissimum factum respiciens muhamedicorũ,qui(vt ait Philomusus) crucis dominicæ signum in plantis suis cum magna ferunt ignominia.sicut & superstitio illa no-

Pro variis causis variè puniẽdus delinquens in hanc legẽ.

Facta frequẽtia pleraque in hanc legẽ.

Factũ reprehensibile.

Superstitio taxāda. *tanda est, qua in die dominica palmarum, cùm venerabilis paßio domini in templo canitur, ex lauro siue etiam olea vulgus factitat cruces. in quod Author flagelli maleficiorum. facitque Longobarda 33. tit. qual. quis se defen. deb. quam vide, & Pet. Iaco. in praxi,* Grad⁹ charitatis distinguendi ad imponēdam pœnā huius legis *tit. de statu curiæ Romanæ. Sed ad pœnam illam imponendam, non etiam ineptum erit distinguere gradus charitatis, secundum theologos: vt minori pœna plectendus sit, qui maioris charitatis ratione persuasus in hanc legem commisit: & sic qui fauore animæ minori adhuc, & minore adhuc qui absoluto fauore & reuerentia ac honore Dei: vt ij qui in sepulchrorū lapidibus sculpi faciunt cruces, & similia, consentiunt vel permittunt. contra quos vehementer notat hunc tex. Salicetus hîc, & Clauas. in sum. verbo, imagines. §. fi. & Polydo. Vergil. opere de inuent. re. subiiciens, eo nostram testatiorem fieri religionis negligentiam. Puto etiam quòd si vel depinxisse crucem dolo, vel conculcasse deprehensus fuerit aliquis, vltimo supplicio sit afficiendus, vt latè tradit de eo qui conculcauit corpus Christi Nicol. Bertran. ad ca. vt inquisitionis. in præfatio. de hæretic.* Dolo depingens vel conculcans crucē summo sup plicio afficiēdus omnino, vt hęreticus obstinatus.

in 6. & certè de imaginibus ipsius crucis & sanctorum Grillandus lib. de sortileg. quæst. 11. cap. 2. §. fi. de offic. ord. in 6. & ibi Doc. in quo & vide Angel. in l. si quando. de oper. publi. inf. facítque Marsil. in praxi. §. & quia. nu. 25. talísque satis censeri poterit hæreticus violenta præsumptione. Nec faciet, vt minus puniatur huius præsumptionis natura, sola quidem id obtinens alioquin, c. afferte. de præsump. Pan. in c. 2. de cohab. cler. & mulie. Brun. tract. de indic. & tortu. quarta quæstio. principa. col. 3. in quo vide nos Syluæ cap. 23. etenim non solùm hîc error est violenter præsumptus, sed etiã aperta grauissima crucis & dei inhonoratio, & iniuria. quæ res efficit, vt etiã nullomodo tali tãquam semel delinquenti & corrigenti se hæretico, parcendum sit, nec differenda pœna. quemadmodum etiam significatum est in l. hi qui. sup. de apostatis, qui non solùm malè sentientes de fide habẽtur, sed & planè baptisma profanant, & conculcant. & ita accipe quod aiunt pœnam huius legis vltimum supplicium esse, Accur. hic, N. Bert. in d. c. vt inquis. Autor. d. libri de blasphemia, Drosius in methodo iuris, Barba. in re-

petitio.c. testimonium.par.2. col.17.de testi. & in c. prudentiam.§. adiicimus.de off. delega. Marsil.in l. ex senatusconſ. col.2. de sicca.ff.Baldus, referens casus in quibus per legem nominatim imponitur pœna mortis, in l.data.col.4.qui accu. posſ. P. Puteus trac. de ludo, col. antepenul. vbi & multa ad rem videre licet.

FINIS.

Errata.

Pag.2.li.9.ponant.lege,ponat. pa.3.li.6.lege,eliminare. pag.6.li.1.lege,cle.1.li.18.indixerit.pag.9.li.3.dele,ca.pa. 22.in aliquot exemplaribus linea quinta & sexta sunt inuicem trāspositæ.pag.26.li.1.in aliquot exemplaribus desideratur dictio,per. pag.33.li.14.lege,sanc. pag.37.li.1. in aliquot exemplaribus est catamiandi, pro catamidiandi. pag.61.li.2.lege,edil.li.5.valde. pag.89. li.6.nou. pag.92. li.edicitur.pag.100.li.9.inst.pag.104.li.15.errare.pag.106. li.1.& pag.110.li.1. prima verba, in aliquot exemplaribus inuicem transposita sunt.pag.108.li.6.lege,affectant. pag. 114.li. vlt. l.fi. pag. 116.li.7. in aliquot exemplaribus impressum est,igneum,pro, ignem.pag.131.li.18.lege,col.36. pa.137.li.13.indicare.pa.192.li.19.ea. Hęc & alia, vt vel distinctiones,medias distinctiones,subdistinctiones omissas vel positas perperam, candidus Lector facilè emendabit.